Eadem 13. *Januarii* 1696. *eodem* Dec. XLIII.
Ceſenaten. Immiſſionis 1. *Julii* 1693. *Caprara* Dec. XCV.
Eadem 27. *Januarii* 1694. *eodem* Dec. XCVI.

F

FAnen. fideicommiſſi de Nulphis 4. *Maii* 1689. *Caccia* Dec. I.
Fanen. fideicommiſſi 17. *Maii* 1694. *Urſino* Dec. III.
Faventina fideicommiſſi 10. *Maii* 1696. *Manuel.* Dec. L.
Faventina fideicommiſſi 23. *Junii* 1694. *Urſino* Dec. LXIX.
Faventina fideicommiſſi 17. *Iunii* 1695. *eodem* De. XLVIII.
Faventina Primogenituræ ſuper Immiſſione 6. *Junii* 1695. *Tauruſio* Dec. IV.
Faventina Primogenituræ 5. *Dec.* 1696. *Molines* Dec. V.
Ferrarien. fideicommiſſi de Turchis 19. *Maii* 1687. *votum Emerix*. Dec. XC.
Ferrarien. fideicommiſſi de Turchis 19. *Auguſti* 1687. *Emerix* Dec. XCI.
Eadem 30. *Auguſti* 1688. *Hervault* Dec. XCII.
Firmana ſucceſſionis 28. *Aprilis* 1632. *Priolo* De. LXXXV.
Fulginaten. Pecuniaria 6. *Junii* 1698. *Pio* Dec. XCIX.

I

INteramnen. fideicommiſſi 15. *Januarii* 1694. *Benincaſa* Dec. LXXXVI.
Eadem 5. *Maii* 1694. *Priolo* Dec. LXXVII.
Eadem 4. *Februarii* 1695. *Muto* Dec. LXXVIII.

P

PEruſina fideicommiſſi de Floribus 10. *Martii* 1690. *Urſino* Dec. LXXXII.
Eadem 9. *Junii* 1690. *eodem* Dec. LXXXIII.
Peruſina Immiſſionis 27. *Febr.* 1692. *Urſino* Dec. LXXIX.
Eadem 10. *Aprilis* 1693. *Muto* Dec. LXXX.
Piſauren. fideicommiſſi 12. *Februarii* 1685. *Albergato* Dec. LXII.

R

RAvennaten. fideicommiſſi 28. *Februarii* 1689. *Hervault* Dec. C.
Reatina fideicommiſſi 24. *Novembris* 1694. *Caprara* Dec. LXIV.
Romana Bonorum 20. *Aprilis* 1693. *Molines* Dec. LVI.
Eadem 28. *Februarii* 1695. *eodem* Dec. LVII.
Romana Domus 17. *Martii* 1679. *Taya* Dec. LIII.
Eadem 14. *Junii* 1680. *eodem* Dec. LIV.
Romana, ſeu Verulana fideicommiſſi 10. *Maii* 1690. *Caprara* Dec. LXXXVII.
Eadem 21. *Junii* 1697. *eodem* Dec. LXXXVIII.
Eadem 21. *Februarii* 1698. *eodem* Dec. LXXXIX.
Romana fideicommiſsi 9. *Junii* 1690. *Caccia* Dec. LXV.
Romana fideicommiſſi Proſperi Jun. de Caffarellis 8. *Martii* 1694. *Emerix* Dec. XXXIV.
Eadem 7. *Junii* 1694. *eodem* Dec. XXXV.
Eadem 3. *Decembris* 1694. *eodem* Dec. XXXVI.
Romana fideicommiſſi de Maffiolis 22. *Martii* 1694. Dec. XXII.
Romana fideicommiſſi de Mutinis 25. *Iunii* 1694. *Muto* Dec. XLIV.
Romana fideicommiſſi de Zeffiris 27. *Iunii* 1696 *de la Tremoille* Dec. XLVI.
Romana fideicommiſſi de Alborgettis 3. *Decembris* 1698. *Scotto* Dec. XXVIII.
Eadem 14. *Iunii* 1697. *Muto* Dec. XXIX.
Romana fideicommiſſi de Gratia 28. *Ianuarii* 1697. *Priolo* Dec. XXIII.
Romana fideicommiſſi de Moronis 10. *Maii* 1697. *Pio* Dec. XVII.
Eadem 27. *Ianuarii* 1698. *eodem* Dec. XVIII.
Romana fideicommiſſi 10. *Ianu.* 1698. *Lancetta* Dec. XIX.
Romana fideicommiſſi de Martellis 21. *Februarii* 1698. *Molines* Dec. XV.
Eadem 23. *Ianuarii* 1698. *eodem* Dec. XVI.
Romana fideicommiſſi de Alberinis 10. *Martii* 1698. *Lancetta* Dec. XXXIII.
Eodem de Vareſiis *Molines* Dec. LVIII.
Romana Legati de Caraſis 17. *Iunii* 1695. *Pio* Dec. XXXVII.
Eadem 13. *Iunii* 1696. *eodem* Dec. XXXVIII.
Eadem 25. *Iunii* 1696. *Emerix* Dec. XXXIX.
Eadem 25. *Iunii* 1696. *eodem* Dec. XL.
Et ſuper Manutentione, 25. *Iunii* 1696. *eodem* Dec. XLI.
Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæſarinis 23. *Ianuarii* 1694. *Molines* Dec. CIX.
Eadem 22. *Aprilis* 1695. *eodem* Dec. CX.
Eadem 25. *Februarii* 1697. *Muto* Dec. CXI.
Eadem 16. *Junii* 1698. *Lancetta* Dec. CXII.
Romana manutentionis 15. *Martii* 1688. *Hervault* Dec. VIII.
Romana manutentionis 23. *Martii* 1689. *Caprara* Dec. IX.
Eadem 16. *Ianuarii* 1690. *eodem* Dec. X.
Romana multiplicorum ſuper Primogenitura Scutorum 400000. 11. *Ianuarii* 1694. *Emerix* Dec. VII.
Romana nominationis 13. *Ianuarii* 1698. *dell'Olmo* Dec. XLVII.
Romana Primogenituræ de Aldobrandinis 10. *Decembris* 1683. *Pauluccio* Dec. CXII.
Eadem *Aprilis* 1685. *eodem* Dec. CXIV.
Eadem 20. *Iunii* 1687. *Urſino* Dec. XXVIII.
Eadem Donationis 6. *Aprilis* 1696. *Emerix* Dec. CXV
Eadem Primogenituræ 10. *Iunii* 1697. *Urſino* Dec. CXVI.
Romana Primogenituræ de Cæſarinis 13. *Iunii* 1678. *Albergato*, Dec. CIV.
Eadem 17. *Iunii* 1680. *Paulutio* Dec. CV.
Eadem 7. *Februarii* 1671. *eodem*, Dec. CVI.
Et Majoratus 17. *Iunii* 1686. *Albergato* Dec. CVII.
Eadem 13. *Ianuarii* 1687. *Emerix*, Dec. CVIII.

S

SAbinen. fideicommiſſi 13. *Iunii* 1689. *Benincaſa* Dec. XCVII.
Eadem 24. *Aprilis* 1690. *eodem* Dec. XCVIII.
Senogallien. fideicommiſſi 29. *Novembris* 1694. *Pio* Dec. LXX.

T

TUdertina Cenſus 4. *Iulii* 1687. *Rondinino* Dec. LXVIII
Tuſculana fideicommiſſi 9. *Maii* 1687. *Rondinino* Dec. LXX.

V

VEliterna Manutentionis 27. *Aprilis* 1693. *Molines* Dec. XXIV.
Eadem 15. *Iunii* 1693. *eodem* Dec. XXV.
Eadem 14. *Maii* 1694. *eodem* Dec. XXVI.
Viterbien. ſeu Balneoregien. ſucceſſionis 21. *Iunii* 1688. *Emerix* Dec. XX.
Eadem 4. *Martii* 1689. *eodem* Dec. XXI.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES

SUPER MATERIA

DE FIDEICOMMISSIS, PRIMOGENITURIS ET MAJORATIBUS.

LIBER X.

R. P. D. CACCIA.

Fanen. Fideicommiſſi de Nulphis.

Merc. 4. *Maii* 1689.

ARGUMENTUM.

In Primogenituris lineam vincere omnia, ſecundo gradum tertio ſexum, quarto ætatem habetur penes Card. de Luc. *de Fideic. Diſc. XVI.* & in hac deciſione approbatur, ſed hanc regulam tantùm procedere declaratur ſi caſus ſit in progreſſu vel continuatione illius lineæ in qua Primogenitura eſſet radicata, vel ubi agatur de vocatione Primogeniti alicujus Tertiæ Perſonæ vel lineæ quo caſu cum in ipſa hora nativitatis radicetur in perſona Primogeniti ſi ipſum mori contingat antequam aperiatur ſucceſſio admittuntur Deſcendentes ex illius linea, ſecus ſi ob deficientiam ultimi Poſſeſſoris fieri debeat tranſitus ad aliam lineam in cujus initio Teſtator non conſiderata aliqua tertia Perſona vel prærogativa lineæ indeterminatè vocavit Maſculum Proximiorem ultimi Poſſeſſoris cum tunc non ad tempus nativitatis, ſed apertæ ſucceſſionis retuliſſe videatur.

SUMMARIUM.

1 *IN majoratu lineali primum locum obtinet linea, ſecundum locum gradus, tertium ſexus, quartum, & ultimum ætas & num.* 2. *&* 3.
4 *Quo caſu hujuſmodi concluſio admittatur.*
5 *Qualitas volita à Teſtatore exigitur de tempore apertæ ſucceſſionis.*
6 *Ita ut antè apertam ſucceſſionem ſi reperiatur Perſona qualitatem prædictam retinens nullum Jus dicatur acquirere donec dies ſucceſſionis non advenerit.*
7 *Major natu is attenditur qui extat de tempore quo aperta fuit ſucceſſio.*
8 *Perſona in qua de tempore ſucceſſionis verificatur conditio cenſetur à principio expreſsè vocata.*
9 *Nemo poteſt tranſmittere Jus quod adhuc in ipſo non fuit radicatum.*
10 *Si ſubſtitutio directa fuerit ad ſuperſtites ii tantum invitati cenſentur qui eo tempore ſupereſſent excluſis prædefunctis, & eorum filiis.*
11 *Deſcendens à linea contentiva Teſtatoris per unicum medium fęmininum preferri debet Deſcendenti per duplex præſertim ſi Teſtator propriæ agnationi proſpexerit.*
12 *In vocatione Deſcendentium maſculorum de cognatione omnes æqualiter ſuccedunt ſive procedant per unum ſive per duplex medium fœminarum.*
13 *Etiam ſi Teſtator proſpexerit ad conſervationem agnationis præter modum fictum & artificialem & n.* 14.
15 *Subſtitutio majoratuum ex una alia interpretanda.*
16 *Dictio* ut ſupra *non repetit ea quæ ſunt in diverſa oratione, inter diverſas Perſonas & ubi nō militat eadē ratio.*
17 *Præſumpta prædilectio non debet prævalere apertæ voluntati Teſtatoris.*
18 *Teſtator qui conſideravit tempus remotiſſimum non præſumitur quod voluerit inquirere an ſubſtitutus deſcenderet per plura vel pauciora media fœminina.*
19 *Proximitas ſemper intelligitur habito reſpectu ad ſucceſſionem.*
20 *Quo caſu hæc concluſio vera non ſit.*

DECISIO I.

DD. dixerunt Fideicommiſſum de quo agitur jamdiù purificatum fuiſſe per mortem Hieronymi ſine filiis ad favorem Rinulphi ejus ex Octavia Sorore nepotis eique dandam fuiſſe Immiſſionem adverſus Joſephum, & Alexandrum pariter Nepotes ex Virginio Fratre, & nunc dandam eſſe adverſus Antonium dd. Joſephi, & Alexandri proximiorem, & Poſſeſſorem, quia poſt primam, & ſecundam ſubſtitutionum ſeriem favore lineæ effectivæ, & contentivæ agnatorum *Teſtator in tertia Cognatorum*, in qua verſamur *voluit ſuccedere Maſculum proximiorem poſſeſſori natu majorem* cum onere aſſumendi nomen, cognomen, & inſignia, idque obſervari voluit toties quoties caſus contigerit in perpetuum. Cum igitur defuncto Hieronymo primo ex Cognatis ſucceſſore factus ſit locus novæ ſubſtitutioni inter dd. Nepotes in gradu æquales præferri deberet Rinulphus, qui eſt ætate major, & ideò habet utramque qualitatem à Teſtatore deſideratam.

Neq; pro eo Reo convento ſuffragari viſa ſunt ea, quæ ad excludendam vocationem Rinulphi concurſu Joſephi Hieronymi ex Virginio Fratre prædefuncto Nepotis aſſervantur.

tur. Non quidem quod hic non verſemur in majoratu ſal-
tuario, in quo ſimpliciter & abſolutè ſola ętatis pręrogati-
va fuerit à Teſtatore conſiderata, ſed in lineali, in cujus
ſucceſſionem linea primum locum obtinet ſecundum gra-
1 dus tertium ſexus, quartum, & ultimum ętas *Molin. de Prim.*
lib. 3. *cap.* 4. *n.* 13. *& ſeqq.* Roxas *de incompatibil. lib.* 1. *cap.*
6. *n.* 9. *& ſeqq.* Tondut. *reſolut. Civil. lib.* 1. *cap.* 89. *nu.* 4.
& ſeqq. de Lucà *de fideicomm. diſc.* 15. *n.* 4. Rota *dec.* 18. *n.*
4. *&* 5. *part.* 18. *rec.* ideò potior fuerit conditio Joſephi,
qui licèt ętate minor Rinulphi, hunc tamen cęteris quali-
tatibus præcedebat nimirum tanquam de linea, quam Vir-
ginius Pater in concurſu Octaviæ Sororis à Fideicommiſ-
ſo excluſæ, ſi prædefuncto Hieronymo, pro ſe, ſuiſque
deſcendentibus habitualiter præoccupaverat, Cancer. *va-*
2 *riar. reſol. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 292. *& ſeqq.* Carol. Anton. de Luca
de lin. legal. artic. 27. *num.* 27. *lib.* 1. Molin. *de Primogen.*
lib. 3. *cap.* 6. *num.* 33. Rot. *dec.* 602. *nu.* 35. *&* 36. coram
Bich. *& in Bononien. Primogenituræ* 16. *Januarii* 1675. *co-*
ram Reverendiſſimo Bourlemont impreſſ. apud Torr. *de Pri-*
mogen. Ital. tom. 3. *dec.* 30. *ſub num.* 5. cum prærogativa ut
donec aliquis ex ejus linea habituali ſucceſſit fieri non poſ-
ſit tranſitus ad aliam ulteriorum Genitorum ut pręter mox
3 adductos firmant Altograd. jun. *controv. jur.* 75. *n.* 5. Card.
de Luca *de fideic. diſc.* 16. *n.* 6. *alter de Luca de linea legal.*
art. 8. *nu.* 39. *lib.* 1. Rota *dec.* 18. *num.* 3. *& dec.* 414. *n.* 2.
& 3. *part.* 18. *recen.*

Quoniam præſcindentes Domini an in propoſita facti
ſpecie, majoratu pro ſaltuario, ſive potiùs pro lineali foret
reputandus, cum ex infrà recenſendis hujuſce quæſtionis
examen neceſſitas non expoſcat, pro congrua reſponſione
ponderabat Theoricam in objecto expenſam procedere po-
tuiſſe, ubi eſſemus in progreſſu, vel continuatione antiquę
lineæ, & ſic inter deſcendentes illius in quo ſucceſſio, ſeu
primogenitura foret radicata, vel etiam ageretur de voca-
tione Primogeniti alicujus tertiæ perſonæ, vel lineæ quo
caſu cum jus Primogeniale in ipſa hora nativitatis radice-
tur in perſona Primogeniti adhuc ſi ipſum mori contingat,
antequam aperiatur ſucceſſio, vel actualitèr majoratum adi-
piſcatur admittuntur deſcendentes ex illius linea, perindè
4 ac ſi ejuſdem lineæ caput ſucceſſerit, Royas *de incompatib.*
lib. 1. *cap.* 6. §. 13. *n.* 160. *& ſequent. de Luca de lin. legal. par.* 1.
art. 8. *n.* 2. ſecus autem ubi ob deficientiam lineæ Hierony-
mi ultimi poſſeſſoris pernecеſsè fieri debuit tranſitus ad
aliam, in cujus initio Teſtator nullo habito reſpectu ad ali-
cujus certæ perſonæ, vel lineæ prærogativam, ſed indeter-
minatè vocando Maſculum proximiorem ultimi poſſeſſoris
ætate majorem ibi *debbe ſuccedere il più propinquo al poſſeſſore*
di d. Caſa maſchio, & infra *il che s'oſſervi tante volte, quante*
ve ne ſarà di biſogno in infinito; & in perpetuo non ad tempus
Nativitatis, ſed ad illud apertæ ſucceſſionis qualitatem
5 hanc retuliſſe videtur, Fab. *in Cod. lib.* 6. *tit.* 19. *definit.* 24. *n.*
5. Surd. *conſ.* 494. *ſub n.* 2. *&* 3. Peregr. *conſ.* 33. *ſub n.* 22. *lib.* 2.
Rich. *dec.* 602. *n.* 8. *& ſeqq.* tum enim cum ante purificatam
conditionem, nec habitu, nec actu aliquod Jus in perſonam
Primogeniti creetur, ſed expectari debeat eventus, ita ſci-
licet ut ſuccedat ille, qui de tempore, quo ſit locus fidei-
6 commiſſo ætate major reperitur, Surd. *conſ.* 403. *ſub n.* 68.
71. *&* 82. Peregrin. *conſ.* 39. *num.* 20. *&* 24. *vol.* 1. *& d. conſ.* 32.
n. 22. *vol.* 2. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 20. Cancer. *var.*
reſol. par. 3. *cap.* 21. *n.* 201. *& ſeqq.* Torr. *de Primog. majorat.*
Ital. lib. 1. *cap.* 41. §. 9. *n.* 3. *&* §. 10. *n.* 2. Rot. penes Theſaur. *d.*
quæſt. 20. *d.* 5. Eminentiſſimus Cerr. *d.* 344. *n.* 10. *& ſeq.*
Inde ſequitur, quod quemadmodum Virginius, qui de eo
tempore non erat in rerum natura; nullo modo ſub prædi-
7 cta ſubſtitutione fuerit comprehenſus, Alex. *conſ.* 123. *n.* 2.
vol. 1. Dec. *conſ.* 443. *n.* 15. Soccin. ſen. *conſil.* 88. *ſub n.* 1. *vol.* 3.
Mandell. *conſ.* 60. *n.* 11. Surd. *alios allegans*, *conſ.* 403. *ſub n.*
58. *& ſeqq.* Ita ſolum Rinulphum, qui ob Patrui prædeceſ-
ſum reperiebatur in pariter gradus cum Joſepho, illumque
præcellebat ætate admitti debuiſſe non ſecus, ac ſi ab ini-
tio omiſſo Virginio, ac quocumque alio ſub ſola verborum,
ſeu vocationis generalitate ſpecialiter ſubſtitutus fuiſſet, *l.*
8 *commodiſſimè* ubi Bart. *ante ſecundam partem*, *ff. de liber. &*
Poſthum. Caſtrenſ. *conſ.* 164. *n.* 5. *lib.* 1. Surſ. *d. conſ.* 403.
n. 17. Altograd. jun. *controv. jur.* 73. *n.* 30. *&* 33. Rot. *dec.*
116. *n.* 3. *part.* 1. *recent.*

Nec refragatur, quod Joſepho ſi non Jure proprio, ſaltem
ex Jure ſibi tranſmiſſo per Patrem eadem competat Pręla-
tio, quę ipſi Patri ſi ſupervixiſſet Hieronymo proculdubio
fuiſſet debita, cum enim ut ſupra dictum eſt inſpecto Teſta-
menti tenore, aperte colligatur vocationem fuiſſe reſtrictam
ad eum maſculum, qui de tempore obitus ultimi Poſſeſſo-
ris eidem fuiſſet proximior, ac ætate major, nulla ad effe-
ctum ſuccedendi habenda eſt ratio de eo, qui cum de tem-
pore dilatæ ſucceſſionis non ſupervixerit, neque dici potuit
major ex ſuprà deductis, nec conſequitur in filium cęteroſ-
que deſcendentes tranſmittere Jus, quod in ipſo radicatum 9
non fuit, Bald. *in l. ſi viva Matre ſub n.* 3. *C. de bon. matern.*
Surd. *d. conſ.* 403. *n.* 55. *& ſeqq.* Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *di-*
cta quæſt. 20. *ſub n.* 3. Cancer. *var. reſol. par.* 3. *cap.* 21. *n.* 306.
Roxas *de incompatib. par.* 1. *cap.* 6. §. 13. *n.* 155. *cum ſeqq.* Rot.
d. dec. 116. *n.* 4. *& ſub n.* 10. *par.* 1. *recent.* Idque ex alia etiam
potiſſima ac generali ratione, quod in diſpoſitione, in
qua ſubſtitutio ad ſuperſtites eſt directa, ii dumtaxat in-
vitati cenſentur, qui eo tempore ſupereſſent excluſis pręde-
functis, & eorum filiis *l. cum Pater* 79. §. *hæreditatem in* 10
primo ff. de legat. 2. *l. generali*, §. *ſi filios ex Sejo*, *ff. de uſu,*
& Vſufr. l. gloſ. in l. qui plures verb. ad ſuperſtites, *ff. de vulg.*
& pupill. Pedalt. *in dicta l. cum Pater*, §. *rogo n.* 16. Can-
cer. *var. reſol. par.* 3. *d. cap.* 21. *num.* 311. *cum ſeqq.* Rot.
dec. 116. *n.* 8. *par.* 1. *recent.*

Minoris relevantiæ apparuit, quod Ioſeph deſcendens à 11
linea contentiva Teſtatoris per unicum medium fęmini-
num præferri debuerit Rinulpho deſcendenti per duplex ex
pręſumpta Teſtatoris affectione potiùs erga Maſculum ſibi
attinentem per Unicam, quam per plures fęminas, præ-
cipuè ubi idem Teſtator per modum artificialem, & fictum
adeò enixè proprie agnationi proſpexerit, iniungendo co-
gnatis proprii nominis familię aſſumptionem, Valenz. *conſ.*
97. *n.* 108. Joſeph de Roſ. *conſult. jur.* 69. *n.* 219. *cum ſeq.* Rot.
dec. 218. *n.* 17. *par.* 11. *& dec.* 233. *n.* 15. *par.* 14. *rec. & in*
Ariminen. Bonorum, *ſeu fideicommiſſi* 14. *Junii* 1688. §. *Acci-*
dit Votum, coram R. P. D. Benincaſa.

Reſponſum enim fuit, quod ubi verſamur in vocatione 12
deſcendentium maſculorum de cognatione omnes ęqualiter
ſuccedunt, ſive procedatur per unum, ſive per duplex me-
dium fęminarum, Menoch. *conſ.* 802. *n.* 35. *cum ſeq. de Luca*
de lin. legal. par. 1. *art.* 10. *n.* 14. Rot. *dec.* 132. *n.* 23. *& ſeqq.*
part. 16. *rec.* Ideoque non obſtante agnationis conſervatio-
ne per modum artificialem à Teſtatore in Cognatis, quæ
cum æquè bene conſervetur per maſculos, ſive deſcendant
ab Unica ſive à duplici fœminina, Altograd. *conſ.* 66. *n.* 63. 13
& ſeqq. lib. 1. *de Luca de lin. legal. par.* 1. *art.* 10. *num.* 15.
Rot. *diver. dec.* 6. *n.* 1. *par.* 1. *& in rec. d. dec.* 131. *n.* 24. *p.* 16.
& in Bononien. fideicommiſſi de Ghiſellis 17. *Maii* 1686.
§. *Conſtito jam coram R. P. D. meo Hervault*, non exindè
argui valet voluntas à Teſtatore præferendi maſculos pro-
cedentes ab unica fęmina aliis procedentibus à duplici niſi
aliæ conjecturæ concurrant, quæ hunc intellectum ſua- 14
deant, Card. de Luca *de fideicomm. diſc.* 28. *ſub n.* 8. *verſ. iſtæ*
rationes, *alter de Luca de lin. legal.* 1. *d. art.* 10. *n.* 17. ad quem
effectum nullius ponderis viſa eſt illa quod Teſtator in ea
parte, in qua prohibuit alienationem ut bona conſerventur
in familia: ea deficiente mandaverit eligi proximiores *ut*
ſupra, quæ verba uti relativa ad fideicommiſſum ordina-
tum in vera agnatione, in qua Maſculi immediatè ſucce-
dant ex linea maſculina pręditecti fuerint comparativè per
maſculos ad maſculos ex fęminis denotent eundem ani-
mum pręferendi reſpectu agnationis fictę maſculos ex maſ-
culis unius medii fęminini maſculis ex pluribus fęminis, 15
Card. Ant. de Luca *de lin. leg. p.* 1. *d. art.* 10. *n.* 18. Larr. *d. Gra-*
nat. 34. *n.* 49. *& d.* 54. *n.* 6. Rot. *dec.* 232. *n.* 16. *p.* 14. *& in*
Ferrarienſi Bonorum 18. *Junii* 1668. §. *etenim*, *&* 16. *Ja-*
nuarii 1688. §. *Quoniam*, *coram R. P. D. meo Urſino*.

Tum quia illa dictio *ut ſupra* repetiit quidem ordinem
ſubſtitutionum, & ſecundum eas modum ſuccedendi, non
autem qualitatem maſculinitatis ex maſculo, quę in diverſa
oratione ex diverſis perſonis, & ubi militat diverſa ratio,
nunquam repetita cenſetur, Priol. *d.* 183. *n.* 5. Emin. Otth. 16
dec. 252. *n.* 13. *&* 14. Rota *in Romana ſeu Cremonenſi hæredi-*
tatis 15. *Junii* 1682. §. *Et nihilominus in fine*, *coram Reveren-*
diſſ. meo Decano, *& in Viterbienſi*, *ſeu Balneoregienſi ſucceſ-*
ſionis 24. *Junii præteriti*, §. *Hoc eſt verum*, *coram eodem*.
Tum & eo magis certiùs, quia cum Teſtator in hoc tertio
genere ſubſtitutionum vocaverit *il più propinquo al Poſſeſſo-*
re di detta Caſa di maggior età--nihil ulteriùs requirendo
prævalere non debet præſumptiva, & imaginaria prædi-
lectio aliis certis, & expreſſis qualitatibus ex aperta, & lit- 17
terali Teſtatoris diſpoſitione depromptis, *l. cum filio*, §. *figlio*,
ff. de vulg. & pupill. l. in condit. ff. de condit. & demonſtr.
diſpo-

diſpoſuit auth. de nupt. tum demum, quia cum vocatione ma-
ſculi proximioris ultimo Poſſeſſori in infinitum protraxe-
rit, ibi, *tante volte, quante ve ne ſarà di biſogno in infinito &*
in perpetuo in veriſimile redditur, quod in tempore remotiſ-
ſimo inquiri voluerit, an ſubſtitutus deſcenderet per plura
18 vel pauciora media fęminina pręferendo deſcendentibus per
quinq; fęminas deſcendentes per ſex, ut ad propoſitum pon-
derat Carol. Anton. de Luca *de lin. ligal. p.* 1. *d. art.* 10. *n.* 15.

Proſtremo non relevat, quod Joſeph eſſet proximior Hie-
ronymo ultimo Poſſeſſori, utpote qui vigore Patrii ſtatuti
eidem ſucceſſerit in aliis bonis excluſo Rinulpho, proximi-
tas autem intelligenda ſit non habito reſpectu ad ſangui-
nem, & gradum, ſed ad ſucceſſionem, & lineæ prærogati-
19 vam, *c.* 1. *de Natura ſucceſſ. feud.* Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 485. *n.* 3.
verſ. & reſpondendo Rot. *dec.* 355. *n.* 5. coram Priol. *dec.* 458.
n. 4. *par.* 18. *recent. & in Bononien. Primogenituræ* 16. *Janua-*
rii 1658. *coram Bourlemont. impreſſ.* apud Corn. *de Primog. &*
majorat. Ital. tom. 3. *d.* 30. *n.* 1. quidquid enim ſit de ſtatu-
taria diſpoſitione hoc unum certum eſt, quod ubi Teſtator
20 æqualiter reſpexerit ad omnes cognatos præferendo deinde
proximiorem ætate majorem proximitas non reſpectu ſuc-
ceſſionis, ſed reſpectu gradus, & parentelæ attenditur, quia
nimirum diſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitionem le-
gis, Bald. *in l. Teſtamento num.* 10. *C. de Teſtamento mili-*
tari, Dec. *conſ.* 546. *n.* 5. Riminald. jun. *conſ.* 285. *n.* 24.
& ſequentibus Peregrin. *conſ.* 38. *num.* 3. *lib.* 4. *& conſil.* 61.
num. 16. *lib.* 5. *& de fideic. art.* 20. *n.* 12.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Bononien. Fideicommiſſi de Blanchis.

Veneris 27. *Novembris* 1693.

ARGUMENTUM.

Licet in Primogenituris linea vincat omnia, attamen quo-
ties agitur de majoratu facti, ſeu ſaltuario prærogativa
Senioritatis in concurſu lineæ attenditur, & eo caſu non
proximitas Gravati, ſed Gravantis reſpici debet; quo-
modo autem reguletur ſucceſſio in majoratu partim li-
neare, & partim ſaltuario præſens Deciſio edocet.

SUMMARIUM.

1 *IN majoratibus facti, ſeu ſaltuariis ſola prærogativa Senioritatis attenditur, itaut exiſtente Seniore de familia licet a diverſa linea iſti ſucceſſio debeatur quamvis concurrat alius Junior tamen in linea ultimi Gravati.*

In talibus majoratibus non proximitas ultimi Gravati, nec prærogativa lineæ in qua bona ingreſſa ſunt, ſed ætas tantum attenditur.

2 *In majoratu partim lineare, & partim ſaltuario in uno tantum columnello particulari præfertur Senior natu minori ab eodem tantum columnello, ſed ſi in columnello reperiatur Junior de familia iſti ſucceſſio debetur non aliis de eadem familia, licet natu majoribus de diverſis lineis, ſeu columnellis.*

3 *Proximitas Gravati & non Gravantis eſt attendenda.*

4 *Proximitas Teſtatoris attenditur ſi Teſtator Proximiorem, cum pronomine*--ipſius--*vocaverit.*

5 *Verba*--modo & forma quibus ſupra--*repetunt modum & ordinem ſuccedendi in fideicommiſſo.*

6 *Quo caſu cenſeatur Teſtatorem voluiſſe majoratum ſaltuarium.*

7 *Obſervantia multum facit pro interpretanda voluntate fideicommittentis.*

DECISIO II.

AN ultimo, cum quo deceſſit Teſtamento Com. Anto-
nius de Blanchis poſtquam ſibi univerſalem inſtitue-
rat hæredem Com. Hippolytum ejus ex Alemano fratre
Nepotem ſic diſpoſuit - *Et ipſi quandocumque morienti ſub-*
ſtituit ejuſdem Hippolyti filium Seniorem Maſculum legitimum &
naturalem eidemque filio quandocumque decedenti ſubſti-
tuit ejuſque ſic decedentis filium ſeniorem legitimum, &
naturalem Maſculum ſi & in caſu, quo ſic moriens fratrem
aliquem filios ſeniorem non habuerit, ſi vero habuerit,
tunc ſubſtituit, & vocavit d. morientis fratrem deinde
ſubjungit -- ibi -- ſi vero prædictus Hippolytus ſine filiis
maſculis legitimis, & naturalibus deceſſerit tunc eidem de-
cedenti ſubſtituit proximiorem de Domo, & agnatione ipſius
Teſtatoris, & voluit quod bona ipſius in perpetuum, & ul-
tra centum annos ad quartam generationem deveniant, &
devenire debeant de ſeniore in ſeniorem maſculum legitimum
& naturalem Domus, & familiæ ipſius Teſtatoris ordine,
& modo quo ſupra omni meliori modo, &c.

Deceſſit Hippolytus ſine filiis per cujus obitum ſucceſſio
in controverſis bonis fideicommiſſariis delata fuit Cambiſi
primo filio Sigiſmundi filii Gaſparis fratris Teſtatoris uti
ſenioris de familia excluſo Annibale filio Marci Antonii
alterius fratris d. Teſtatoris uti Juniores. Defuncto autem
d. D. Cambiſe primo bona devenerunt ad Cambiſem ſecun-
dum quo defuncto orta fuit contentio inter Com. Donda-
deum iſtius filium, & C. Joannem deſcendentem ex linea
ſupradicti Gaſparis cui eorum deberetur ſucceſſio in fidei-
commiſſo Antonii, & introducto exinde Iudicio reporta-
vit Ioannes binas ſententias favorabiles ſuper immiſſio-
nem vigore *l. fin. C. de edict. div. Adrian. tollen.* adverſus quas
cum ſignatura Iuſtitiæ appellationem detulerit reſcribendo
cum clauſula *conſtito quod ſit locus ſtatuto de duobus* hinc
propoſito per me dubio commiſſioni conforme DD. reſpon-
derunt eſſe locum dicto ſtatuto.

Præbuit reſolutioni motivum validitas, conformitas, ac
numerus ſententiarum earumque Iuſtitia, quę ſola in con-
troverſiam deducta reſultare viſa eſt ex teſtamenti contex-
tu ex quo conſtat Antonium fideicommittentem dum vo-
luit bona ſua venire de ſeniore in ſeniorem Domus ſuæ, &
familiæ iſta conſtituere voluiſſe in tota ſua familia, & Do-
mo majoratum facti, ſeu ſaltuarium in quo nulla habita ra-
tione gradus aut lineæ quæ conſiderantur in majoratibus,
ſeu primogeniturіs ſola prærogativa ſenioritatis attenditur,
itaut exiſtente ſeniore de familia licèt à diverſa linea iſti
ſucceſſio deferenda veniat quamvis concurrant alius Iunior
tamen in linea ultimi gravati, nec tunc in conſideratione
haberi debet proximitas ultimo poſſeſſori, nec pręrogativa
lineæ in qua bona ingreſſa ſunt, ſed ętas dumtaxat inſpici- 1
tur, Alex. *conſ.* 40. *per tot l. b.* 4. Surd. *conſ.* 855. *n.* 14. Honded.
conſ. 70. *à n.* 11. *ad* 18. *lib.* 2. Bellon. Iun. *conſ.* 11. *ſub n.* 33.
Gratian. *diſcept.* 695. *n.* 1. *& ſeqq.* Amat. *reſol.* 1. *n.* 12. *&* 27.
Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 5. 9. *&* 8. *art.* 1. *à nu.* 8. *ad* 13.
Prat. *diſcept.* 38. *à num.* 16. *ad* 38. Caren. *reſol.* 5. *n.* 4. *&*
ſeqq. Altograd. Iun. *controverſ.* 42. *n.* 33. Rota *dec.* 66. *nu.*
2. *par.* 14. Atque ideò cum pręductus Com. Ioannes ſit ęqua-
li in proximitatis gradu Teſtatori cum Com. Dondadeo
major tamen reperiatur ætate, & ſenior ei ritè, & rectè
adjudicatum fuit fideicommiſſum controverſum, & purifi-
cato exinde caſu ſubſtitutionis juſtè conceſſa fuit immiſſio
vigore *l. fin. C. de edict. Div. Ardin. tollen.*

Nec allegari valet quod Teſtator conſideraverit lineam
ſeu columnellum particularem, & conſtituere voluerit ma-
joratum in uno tantum columnello ſuæ familiæ partim li-
neare, & partim ſaltuarium quo caſu pro regulanda ſuc-
ceſſione illa tantum attendi debeat, & qui ſenior in eo re-
periretur præferendus ſit natu minoribus ab eodem tantum
Columnello deſcendentibus, ſi autem in iſto Columnello
reperiatur, ut in Caſu Iunior de familia iſti ſucceſſio de-
beatur non aliis de eadem familia licet natu majoribus ſi
tamen de diverſis lineis, & Columnellis per Text. *in l. cum*
iſta §. *finali ff. de legat.* 2. Rota *dec.* 355. *coram Priolo dec.*
209. *per tot. par.* 2. *diverſ. dec.* 627. *n.* 5. *par.* 2. *recent. dec.*
510. *n.* 15. *par.* 5. *& dec.* 414. *par.* 18.

Quando quidem conſideratio particularis lineæ, & Co-
lumnelli habita fuit à Teſtatore ſolum erga lineam Hippo-
liti uſque filios, & deſcendentes qui ſi adfuiſſent utiquæ
præferendi venirent cęteris aliis de familia Teſtatoris con-
junctiva, & in iſtis haberet locum regula illa quod ingreſſa
ſemel ſucceſſione in una linea fieri non debeat tranſitus ad
aliis niſi illa totaliter evacuata, cum autem linea Hippoly-
ti non inceperit ſtante ejus obitu ſine filiis, & ſic fieri de-
beat tranſitus ad cæteros de familia contentiva Teſtatoris,
& quoad ipſos nulla adſit particularis affectio, nec conſi-
deratio Teſtatoris potius erga unam quam alteram lineam
quinimo habitus fuerit reſpectus ad totam familiam con-
tentivam in tota ſui latitudine patet ex illis verbis ibi--*Si*
vero Com. Hippolytus ſine filiis maſculis deceſſerit tunc ſubſti-
tuit proximiorem Seniorem de Domo, & agnatione ipſius Teſta-
ſtatoris, & infrà--de Seniore in Seniorem Domus, & familiæ
ipſius Teſtatoris ſequitur quod cum ambo concurrentibus
ſcilicet Com. Ioannes, & Com. Dondadeus ſint de fami-
lia

lia contentiva Teſtatoris, & in eodem proximitatis gradu Senior tamen reperiatur Ioannes, ut ipſi adjudicanda ſit ſucceſſio in hoc majoratu.

Neque obicem prꝙſtat, quod ultra vocationem de Domo additum fuerit verbum illud, ibi-*proximiorem*, quaſi quod proximioritas regulanda ſit à gravato non à gravante juxta inconcuſſam Rotæ opinionem de qua, *coram Bonæ memoriæ Alexandro octavo, deciſ. ſecunda, & alibi paſſim*, qua ſtante Com. Dondadeus, ut proximior gravato præferendus veniret: Etenim Teſtator vocando proximiorem de Domo, & familia intellexerit de proximioritate reſpectu ſui ipſius ſcilicet gravantis non gravati, ut patet ex illis verbis, ibi-Proximiorem ipſius Teſtatoris de Domo, & familia, ad tradita per Ripam *in l. filiofamil. §. Divi n. 31 ff. de l. 1.* Dec. *reſp. 269 n. 75. lib 2.* Theſaur. *dec. 64. n. 6* Rota *in Romana fideicommiſſi Vannotiæ Pontion.* 13. *Februarii* 1690. *§. Et profecto, coram me*, qua ſtante clara voluntate Teſtatoris non eſt attendenda gravati proximioritas, ſed gravantis, ut latè *in d. Romana fideicommiſſi, coram me*.

Prout non urgent verba, ibi-*ordine & modo quibus ſupra* 9. quia exinde deduci non valet inſtitutum fuiſſe majoratum ſaltuarium in linea proximioris gravati, cum ex generalitate verborum Domus, & familię Teſtatoris reſultet fideicommiſſum ſaltuarium, ut dictum eſt in tota ſua Domo, & familia contentiva. Et prædicta verba- *modo & ordine quib. ſupra* repetunt tantum modum & ordinem ſuccedendi in fideicommiſſo condito in tota familia, & qualita-
5 te præcedentis ſubſtitutionis, Rota *dec.* 1384. *n.* 1. coram Seraph. *dec.* 188. *n.* 4. *&* 5. *par.* 6. *& in Tudertina fideicommiſſi Aprilis* 1692. *§. coram Reverendiſſimo Domino meo Decano*.

Et ſupra omnia clariora reddi viſa ſunt, tum quia Teſtator in caſu quo filius Hippolyti decederet relicto filio minoris ætatis Franciſci defunctis ad ſucceſſionem deferri voluit, non autem ad filium filii Hippolyti, quod manifeſte indicat Teſtatorem habuiſſe in mente majoratum ſaltuarium, & Irregularem, & extra formam ſucceſſionis, & ad excluſionem proximitatis reſpectu gravati, Bellon. jun. *conſ.*
6 11. *n.* 34 Roxas *de incompatibilitate par.* 1. *cap.* 6. *n.* 301. Tum etiam quia concurrit obſervantia pro admiſſione ſenioris de familia gravati proximioris, quamvis non curreret proximior gravato prout accidit dum ſucceſſit Cambiſes primus ad excluſionem Annibalis filii Marci Antonii fratris Hippolyti hæredis gravati quæ obſervantia multùm facit pro
7 interpretanda voluntate fideicommittentis, *l. de interpret. ff. de legat.* Et ita utraque, &c.

R. P. D. URSINO.

Fanenſis Fideicommiſſi.

Lun. 17. *Maii* 1694.

ARGUMENTUM.

Prꝙrogativam lineę admiſſę eſſe attendendam in majoratibus admittitur quoties ingreſſus in eam fuerit legitimus, ſecus ſi uſurpativus. Teſtator reſpiciendo ad proximitatem cenſetur voluiſſe ut admitteretur is quiſpectato ordine ſucceſſionis eſſet admittendus, ſi tamen agatur de dimenſione graduum in linea prædilecta ſecus ſi caſus ſit, quod fieri debeat tranſitus de una ad aliam lineam, in qua Teſtator ſimpliciter nomine collectivo Proximiorem vocavit cum qualitate majoris ætatis.

SUMMARIUM.

1 *IN Majoratu ſucceſſio defertur ſeniori ætate cæteris excluſis hac qualitate non pollentibus.*
2 *Poſtquam bona in uno columnello fuerunt radicata non ſit locus vocationi Proximiorum cum qualitate majoris ætatis vocatorum, niſi prius finita linea Proximioris ingreſſi, quatenus tamen ingreſſio fuerit legitima ſecus ſi uſurpativa.*
3 *Teſtator ſi reſpexerit ad proximioritatem, præferri debet ille, qui ſpectato ordine ſucceſſionis, admittendus eſſet.*
4 *Declara ut concluſio procedit quoties ageretur de dimenſione graduum in una linea prædilecta, & ad ſucceſſionem admiſſa; ſecus ſi nullo certo columnello perſpecto nulliſque Perſonis per prius vocatis quæſtio cadit in tranſitu de una ad aliam lineam in qua Teſtator ſimpliciter nomine collectivo Proximiorem vocavit cum qualitate majoris ętatis, quia tunc non habetur ratio proximitatis, ſed ordo ſanguinis, & parentellæ.*
5 *Redditur diſtinctionis ratio.*
6 *Si Teſtator unam lineam prædilexerit, & vocaverit majorem natu iſta qualitas ſtat famulative ad proximitatem, ſolum verificatur de majori natu & Proximiori Gravati vocati.*
7 *Non ſic proceditur ſi Teſtator imperſonali vocatione invitaverit Cognatos, quia tunc non Jus, ſed factum attenditur, & qualitas volita præponderatur, ita ut proximioritas ſtet dependenter ad ſenioritatem exoptatam.*
8 *Obſervantia eſt conſiderabilis in interpretatione diſpoſitionis dubiæ non in diſpoſitione clara.*

DECISIO III.

IN ſupremis exaratis tabulis Hieronymus Senior de Nulphis ſibi primo loco adſcriptis hęredibus Camillo filio, ac Hieronymo, & Raynerio ex Guidone prædefuncto Nepotibus, ſubinde eorum filios, & Deſcendentes maſculos legitimos ad ſucceſſionem invitavit, ac in eorum defectum binas, & diverſas ſubſtitutionum ſpes unam alteri ſucceſſivam per hæc verba formavit-Ibi-*Item laſcia, vuole, diſpone, che quando mai foſſe, che la linea maſcolina deſcendente da lui, e da ſuoi figliuoli mancaſſe, in tal caſo ſuccedano i più propinqui deſcendenti maſchi dalli Colonnelli, che derivano da Franceſco, e Marco Antonio ſuoi fratelli, e non vi eſſendo di eſſi derivati da ſuoi fratelli, o eſſendovene, ma non havendo doppo loro Succeſſori maſchi della famiglia de Nolfi debba ſuccedere il più propinquo al Poſſeſſore di detta Caſa maſchio di maggior ętà, e debba ſucceduto in tale heredità farſi chiamare Ghirolanno Nolfi, e della medeſima famiglia de Nolfi ſi habbino a far nominare i ſuoi figliuoli nati, e naſcituri* &c.--& prout latius præſefert lectura Teſtamenti in ſummar. utriuſque Partis *num.* 1.

Defectis primo loco vocatis, ac adaperta ſubſtitutione favore Deſcendentium fratrum Teſtatoris, fideicommiſſum cępit Nulpus de Nulphis ob cujus ſine filiis deceſſum, eveniente conditione, ſub qua fuit concepta tertia ſubſtitutionum ſpecies, bona fideicommiſſaria occupavit Hieronymus Tomaſſinus, uti propinquior maſculus major natu ultimo Poſſeſſori, quo ſubinde vita functo de anno 1661. licet fideicommiſſum juxta Teſtamenti legem tranſire debuiſſet ad majorem natu ex Cognatis Teſtatoris, tamen ſervato ordine inteſtatę ſucceſſionis a Joſepho devenit in Alexandrum, & ab iſto in Antonium, contra quem tandem inſurrexit Rinulphus, ac uti major natu obtinuit per tres ſententias, binas extra Rotam, alteram in noſtro Auditorio a Revediſſimo Mediolanenſi probatam, declarari jam diu ejus favore purificatum fuiſſe fideicommiſſum, a quibus exortare judicata, cum illius vires impugnare contenderet Petrus Paulus Rinalduccius uti Proximior Joſephi ultimi Poſſeſſoris, obtenta a ſignaturę Juſtitię Commiſſione reſtitutionis integrum, ſine Præjudicio rei judicatæ eaque mihi delegata in hodierna audientia propria Jura expertus fuit ſub dubio, *An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, ita ut ſit danda immiſſio Petro Paulo Reinalduccio in bonis Hieronymi:* in cujus diſputatione, cum Patres agnoverint ea, quæ deducebantur irrelevantia ad elidendum rem Judicatam undique validam, & juſtam convenerunt in ſenſu: *Non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum*.

Validitas namque erat incontroverſa: Juſtitia vero, quę adimit læſionem, ſicque reſtitutionem in integrum, cujus illa eſt fundamentum patet ex eo, quod cum ex diſpoſitione Hieronymi Teſtatoris, evacuata linea effectiva, & contentiva propriorum Deſcendentium, ſuccedere debuiſſet Cognatus maſculus proximior ultimò Poſſeſſore, cum qualitate ſenioritatis, ſive majoris ętatis, idque ſervari juſſerit, quoties vocationis caſus contigerit, profecto defuncto Hieronymo Tomaſſino filio Magdalenæ primo ex Cognatis vocato purificata dicitur ad commodum Rinulphi ætate majoris, cæteris excluſis hac qualitate non pollentibus in quibus cum non verificentur conditiones a Teſtatore volitæ licet ſint æquales in gradu proximitatis, ſucceſſio aperiri non
valet juxta ea, quæ firmat deciſio coram Reverendiſſimo
Caccia, emanata 4. Maii 1654. in principio, & ſequuta 1
fuit Rota in Bononienſi fideicommiſſi de Blanchis 27. Novembris 1673. *§. Præbuit in fine*, coram Reverendiſſimo Patre Domino meo Molines.

Non

Non relevante, legem hanc Teſtamentariam ſervandam eſſe in ingreſſu fideicommiſſi de una linea Proximioris ad aliam; non autem in progreſſu, poſtquam bona in uno Columnello fuerunt radicata, quia tunc non ſit locus vocationi Proximiorum, etiamſi cùm qualitate majoris ætatis, niſi priùs finita linea Proximioris ingreſſi. Undè cùm in caſu bona ad Joſephum devenerint non evacuata tota ejus deſcendentia, ex qua supereſt Petrus Paulus Rinalduccius, pervenire non valent ad Rinulphum in æquali proximitatis gradu conſtitutum, quamvis qualitate Senioris de familia potiatur. Quoniam objectum eſt de ſuppoſito non ſupponente, Hieronymus namque primus de cognitione, uti defunctus ſine filiis, lineam non efformavit, quapropter quæſtio reducitur ad aſſumptum: An ingreſſus fideicommiſſi in linea Joſephi fuerit legitimus, exiſtente tunc in medio Rinulpho, qualitate majoris ætatis pollente: & non fuiſſe legitimum, noſtrum Tribunal dijudicavit. Undè applicari non valent termini evacuati toti Columnello, qui ſolùm verificantur, dato ingreſſu valido, & legali, ſecus uſurpativo, & facti, qui tunc ſemper valet vocatus, lineam intruſam expellere ex vocatione fideicommiſſi bona; & hoc retento Themate intelligendi ſunt, & ſe explicant Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 13. *& ſeq.* Amat. *reſolut.* 1. *num.* 32. *&* 5. De Luca *de fideicomm. dict. primo n.* 12. *& ſeq.* Rot. *deciſ.* 105. *n.* 4. *&* 5. *part.* 101. *rec.*

Minuſque pro adſtruenda Juridica vocatione Joſephi ju-
1 vat animadverſio, Teſtatorem vocaſſe Proximiorem ultimo Poſſeſſori, ſicque cum reſpexerit ad proximioritatem, præferri debeat ille, qui ſpectato ordine ſucceſſionis admittendus eſſet, juxta quem ſenſum cum Joſeph ex Virginio Patre nepos Hieronymi ex municipali diſpoſitione ſtatuti Patrii in linea maſculina potiori illa Rinulphi uti deſcendenti à fęmina excluſa, debeat in concurſu iſtum antecellere ex ea vulgata regula, præſumente, Teſtatorem voluiſſe ſe diſpoſitioni Juris ſtatutarii conformare; etenim illatio urgeret, quoties ageretur de dimenſione graduum in una linea prædilecta, & ad ſucceſſionem admiſſa, in cujus continuatione, data certarum perſonarum prædilectione, ſpectandus eſſet ordo, juxta quem Teſtatorem propriam
2 diſpoſitionem regulaſſe de Iure præſumitur. Contrarium tamen militat, quoties nullo certo Columnello perſpecto, nulliſque perſonis per priùs vocatis, quæſtio cadit in tranſitu de una ad aliam lineam, in qua Teſtator ſimpliciter nomine collectivo Proximiorem vocavit cum qualitate majoris ætatis, quia cùm in eo caſu peculiari methodo diſpoſitionis appareat, illum recepiſſe ab ordine inteſtatæ ſucceſſionis, præferendo Propinquiorem, cùm contradiſtinctione ſenioritatis adverſativa tàm Juri communi, quàm ſtatutario, non habetur ratio proximitatis reſpectu Succeſſionis, ſed ſolùm conſideratur ordo Sanguinis, & Parentelæ, ad quem unicè de Jure referri poteſt vocatio imperſonaliter
3 concepta in proximiore majoris ætatis, juxta ea quæ diſtinguendo firmant Cancer. *variar. part.* 3. *cap.* 21. *à nu.* 301. *cùm trigeſimus ſequent.* Palma Nepos *allegat.* 154. *num.* 4. *verſ. fundato, & allegat.* 90. *num.* 9. *verſ. verùm, & allegat.* 91. *num.* 6. *verſ. namque objectum*.

Et ratio potiſſima ea eſt, quia dum contentio vertitur ſu-
4 per prælatione ſexus inter Perſonas ęquè Teſtatoris cognatas, quæ ſub unico collectivo pronomine invitatæ reperiuntur, ad illas reſpexiſſe Teſtatorem non dicitur, ſed ad ſolam cognationem in genere, quia cum in ſucceſſore contradiſtinxerit qualitatem facti, ut in hypotheſi, majoritate ætatis, nulla dicitur habita ratio ſucceſſionis, vel proximioritatis in ſuccedendo, ſed tantùm Sanguinis, in qua præcellere deberet ille, qui volita qualitate potiretur, ut Theoricis reaſſumptis ponderat Altograd. apud Sabell. *variar. reſolut. cap.* 40. *num.* 22. & ibi Sabell. *numer.* 1. & priùs tradidere Alexand. *conſ.* 123. *num.* 1. *& per tot. lib.* 1. *& conſ.* 4. *à num.* 1. *ad* 12. *lib.* 4. Bellon. Jun. *conſ.* 11. *num.* 34. *& ſequent.* Peregrin. *de fideicomm. auct. decimo tertio num.* 156. ubi Cenſal. Simon de Pretis *de interpretat. ultim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 3. *dubit.* 4. *ſolut.* 2. *numer.* 8. Capic. Galeott. *controv.* 48. *per tot. lib.* 1. Barboſ. *de fideicommiſſ. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 93. *& ſeqq.* & dixit deciſio Reverendiſſimi Cacciæ *§. final.*

Et hinc quæſtio non reducitur ad indagandum, An fidei-
5 commiſſum ſit ſaltuarium, vel facti, ſeu potiùs regulare, vel Juris, quia ſolùm ſpectanda eſt Methodus diſpoſitionis, & an Teſtator, una linea prædilecta, vocaverit majorem natu, ut erat in caſu *conſil. Gabriel.* 107. *& deciſ. vigeſima prima penes S. M. Alexandrum Octavum*; & tunc qualitas Senioris ſtat famulativè ad proximioritatem, & ſolùm verificatur de majori natu, & Proximioris gravati vocati, ut benè *laudata deciſ. Ottobon.* 21. *num.* 23. Si verò imperſonali vocatione invitaverit Cognatos, in quibus ratio affectio-
nis in ſuccedendo non cadit, nec minùs tam ſtricta valet 6
conſiderari agnationis conſervatio, & tunc non Jus, ſed factum attenditur, & qualitas volita præponderatur, itaut proximioritas ſtet dependenter ad Senioritatem exoptatam, ut in his terminis materiam enucleat Cancer. *ſuperioris allegat. part.* 3. *cap.* 21. *à num.* 301. *cum ſeq.* cæterique relati concordant.

Demùm nil ſtringit obſervantia, quia illa apta eſſet operari in re dubia; ſed data reſiſtentia literæ Teſtamenti, ut in hypotheſi, ad nihilum deſervit, ad firmata per Rot. *dec.* 128. *num.* 13. *part.* 18. *recent.*

Et ità utraque &c.

R. P. D. THAURUSIO.

Faventina Primogeniture ſuper immiſſione.

Lunæ 6. *Junii* 1695.

ARGUMENTUM.

Teſtator ſimpliciter vocando ſeniorem, non attenditur proximitas Gravati, ſed tantùm ætas, idque procedit tam in ingreſſu, quàm in progreſſu.

SUMMARIUM.

1 *SUcceſſio in Primogenitura definiri debet ad eum qui habet qualitates à Teſtatore præſcriptas.*
2 *Immiſſio non debetur ei qui non docet fuiſſe ſignificatam ſubſtitutionem, & adverſus juſto titulo Poſſidentem.*
3 *Proximitas Gravati non gravantis regulariter attenditur.*
4 *Si teſtator Seniorem vocaverit, ætas non Proximitas attenditur.*
5 *Si teſtator voluerit ſeniorem nulla attenta proximitate Hæredis magis dilecti, id quoque voluiſſe cenſetur in linea Hæredis minus dilecti.*
6 *In Primogenitura ſaltuaria de ſeniore in ſeniorem non attenditur proximitas, ſed prærogativa ætatis.*
7 *Idque attenditur tam in ingreſſu quam in progreſſu.*
8 *Ex quibus Teſtatoris intentio deſumatur admittendi tantum prærogativam ætatis tam in ingreſſu quam in progreſſu Primogenituræ & n.* 12.
9 Rodulphin. allegat. 12. *declaratur & n.* 10. *&* 11.

DECISIO IV.

FRanciſcus Naldus, inſtituto in ejus ultimo Elogio Ludovico Filio, fideicommiſſum, & Primogenituram particularem in certis bonis ibidem deſcriptis ordinavit primo loco favore lineæ ejuſdem Ludovici; qua deficiente, vocavit ſeniorem de linea ejuſdem Ludovici, qua deficiente vocavit ſeniorem de linea Vincentii ſui Avi; extincta autem linea Ludovici per ejus obitum ſine filiis, extantibus Michaele, & Dionyſio de linea Vincentii in pari gradu, adjudicata fuit ſucceſſio d. Primogenituræ Michaeli, uti ætate ſeniori, juxta deciſionem editam 5. Junii 1673. coram clar. mem. Cardinal. Vicecomite, tunc noſtri Ordinis Auditore, quæ in hodierna audientia coram me in ejus locum ſubrogato confirmationis robur obtinuit, ut in alia deciſione deſuper evulgata.

Defuncto autem hoc temporis intervallo Michaele, ſuperveniente d. Dionyſio collitigante, & bona poſſidente, eadem poſſeſsio poſt Dionyſii obitum tranſivit in Comitem Balaſſum ejus filium Primogenitum, contra quem Iudicium Immiſsionis coram A. C. inſtituerunt Albertus, & Antonius de Naldis, pręfati Michaelis ex Ænea Fratre nepotes, quo Iudicio remiſsio per ſignaturam ad Rotam coram me, dedi dubium: *An ſit danda Immiſſio Alberto, & Antonio de Naldis?* & negativa prodiit reſolutio.

Fundamentum reſolutionis fuit, quia de tempore mortis

Mi-

Michaelis ſine filiis, quem juxta enarratas deciſiones ſpectabat, donec viveret, iſta Primogenitura extaret Dionyſius ſenior, & Proximior Teſtatori de linea d. Vincentii, meritò ad ipſum devoluta fuit ſucceſſio, uti habentem qualitates à Teſtatore præſcriptas; Surd. *conſ.* 455. *n.* 14. Al-
1 tograd. Junior *controv.* 42. *num.* 32. *& ſeqq.* Mart. *de ſucceſſ. legal. part.* 3. *q.* 8. *art.* 1. *n.* 8. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 66. *n.* 2. *& ſeqq. par.* 14. *rec. & paſſim alibi.*

Sublato autem è vivis Dionyſio, juſtè eadem Primogenitura tranſivit in Comitem Balaſſum ejus filium; nam Teſtator expreſsè diſpoſuit, quòd poſt ſenioris ſucceſſionem bona tranſire deberent in ejuſdem Senioris filios, & deſcendentes cum ordine perpetuæ Primogeniturę, ibi-- *Vadino al più vecchio della Linea di Vincenzo, e coſi nelli ſuoi figlioli però Primogeniti di Primogenito in Primogenito, ſinche ve ne ſarà di detta linea* -- Undè cum d. Co: Balaſſus primogenituram poſſideat Jure vocationis ad ejus favorem purificatæ, meritò denegata fuit Immiſſio Alberto, & Antonio, qui hactenus non docent fuiſſe purificatam ipſorum
2 ſubſtitutionem, nec Immiſſio concedi poteſt contra juſto titulo poſſidentem, Bart. *in lib.* 1. *n.* 3. *verſ. Quæ judicia, ff. quorum bonorum*, Rota coram Cerro *deciſ.* 905. *n.* 2. *& in recent. deciſ.* 93. *n.* 2. *part.* 10.

Non obſtat, quòd Albertus, & Antonius ſint proximiores in gradu Michaeli ultimo gravato, cujus proximitas regulariter attendi debet; Rocc. *diſq. Juris cap.* 194. *num.*
3 112. *& ſeq.* Rota coram S. M. Alexandro Octavo *deciſ.* 21. *& dec.* 35. *per tot. cum aliis vulgatis.*

Quia ex clara mente Teſtatoris apparet, quòd ſolùm ubi ſuccedens uti ſenior (qualis fuit Michael) relinquit filios, & deſcendentes, tunc iſti debeant ſuccedere inſpecta proximitate gravati, & ſervato ordine Primogenituræ: ubi verò d. Senior non relinquit deſcendentes, tunc ſuccedere iterùm debet alter ſenior de linea Vincentii Avi, ſpreta omni alia qualitate, nec ullatenùs jurata ultimi gravati proximitate, ut ex verbis Teſtamenti ibi-- *quale mancando* (ideſt linea Ludovici) *vadino al più vecchio della linea di Vincenzo ſuo Avo, e coſi alli ſuoi figlioli di primogenito in primogenito, ſinche ve ne ſarà di detta linea*, ſcilicet Vincentii. Undè cum Michael deceſſerit, nullis relictis liberis, & tunc extaret Dionyſius ſenior de linea Vincentii, & Teſtatori Proximior, utique iſti debita fuit ſucceſſio, non autem Alberto, & Antonio Junioribus, atque à Teſtatore magis diſtantibus, licèt Michaeli proximioribus, ad inſtar Primogenituræ ſaltuariæ; Caren. *reſol.* 5. *n.* 4. 11. *& ſeqq. & n.* 35. *& ſeqq.* Capyc. Galeott. *lib.* 1. *controv.* 48. *per tot.* Torr. *de*
4 *Primogenit. Ital. tom.* 1. *cap.* 6. *n.* 19. Rodulph. *allegat. n.* 8. Card. de Luc. *de fideicomm. diſ.* 1. *num.* 4.

Et quidem ſicut in extinctione lineæ Ludovici filii, Teſtator noluit attendi proximitatem ejuſdem Ludovici, ſeu ultimi ab eo deſcendentis; ſed abſolutè, & ſimpliciter vocavit ſeniorem de linea Vincentii ipſius Teſtatoris Avi, nulla ratione firmari valet, quòd voluerit attendi proximitatem Michaelis, qui ſucceſſit uti ſenior tranſverſalis de familia
5 cōtentiva minùs dilectus, ex deductis per Fuſar. *q.* 484. *n.* 28.

Nam regulare eſt in primogenitura Saltuaria de ſeniore in ſeniorem, ut nullatenùs attendatur proximitas; Cancer. *var. reſol. p.* 3. *cap.* 21. *num.* 304. Palm. ſen. *conſ.* 46. *num.* 42. *& ſeq.* Palm. nepos *alleg.* 91. *num.* 7. Manſ. *conſ.* 95. *n.* 25. *& ſeq.* Torr. *de primog. tom.* 1. *part.* 6. *n.* 19. Rot. in Fa-
6 nen. Immiſſionis 17. Maii 1694. §. *& ratio potiſſima*, coram R.P.D. meo Urſino.

Minùs refragatur, quòd illa verba *ſinche ve ne ſarà di detta linea*, referri debeant ad lineam ipſius ſenioris jam admiſſi, & ſic Michaelis, de cujus linea contentiva ſunt Albertus, & Antonius, Michaelis ex Fratre nepotes deſcendentes ab Ænea ſeniore communi ſtipite, cujus proinde linea jam incepta conſumi priùs debeat.

Quoniam integra lectura, & ſanus, & congruus intellectus ſuadet, ut dd. verba ſint referenda ad lineam Vincentii, quam ſolùm in principio orationis exprimit Teſtator, & de cujus ingreſſu, & conſumptione in hac parte agit, non quidem ſe reſtringendo ad vocationem unici ſenioris, atque extinctionem lineæ ejuſdem ſenioris, ſed iterùm vocando poſt defectam lineam primi ſenioris, alium ſeniorem de linea Vincentii, itaut iſta totaliter conſumi debeat; ubi enim inſtituitur Primogenitura ſaltuaria perpetuò duratura cum vocatione ſenioris de certo genere, ſemper redeunte conſimili caſu, ſcilicet defectu deſcendentium ſenioris admiſſi,
7 dicitur vocatus alter ſenior de eodem genere, Decian. *conſ.* 41. *n.* 24. 59. *&* 66. Menoch. *conſ.* 117. *n.* 14. *& ſeqq.* manus *conſ.* 205. *n.* 20. Torr. de Primog. *tom.* 1. *q.* 6. *n.* 16. *&* pro veritate conſultus ſuper hoc fideicom. ita reſpondit Rodulphin. *alleg.* 12. *n.* 16.

Atque iſta Teſtatoris intentio clariùs effulget ex ſucceſ-
ſive vocatione ſenioris de linea Alexandri: certè enim iſta 8
linea admitti non poteſt, niſi poſt conſumptam totaliter lineam Vincentii priùs vocatam, ſive attendamus notam Juris diſpoſitionem §. *ſi plures inſtit. de legit. agnator. ſucceſſ. l. Conſanguinitatis Cod. de legit. hæred.* Torr. *de primog. tom.* 1. *cap.* 6. *n.* 4. ſive teſtamenti voluntatem: & tamen ſi dd. verba, *Sinche ve ne ſarà di detta linea*, reſtringantur ad lineam ipſius primi ſenioris admiſſi, & ſic Michaelis, ſeu Æneæ ſenioris poſſit fieri tranſitus ad lineam Alexandri, extante adhuc aliquo de linea Vincentii, ut ſenſui patet; ad quod abſurdum vitandum, fatendum eſt, Teſtatorem per relata verba ſenſiſſe de linea Vincentii, Giovagn. *conſ.* 79. *n.* 23. *lib.* 1. Palm. nepos *allegat.* 26. *n.* 24. & in Bononien. fideicommiſſi de Ghiſellis 24. Januarii §. *At ſecus eſt in fine* coram Reverendiſſ. Turonen.

Ex his corruit contrarium aſſumptum, quòd ſcilicet iſta diſpoſitio in ſolo ingreſſu primi ſenioris de linea Vincentii ſit majoratus, conſiderans ſolùm prærogativam ætatis; po-
ſteà verò admiſſo primo ſeniore in progreſſu, ſit mera, & 9
pura Primogenitura regulanda juxta Primogenituræ leges per quas in ſucceſſione attenditur proximitas ultimi gravati, retorquendo in ſpecie Rodulphin. *d. alleg.* 12. *n.* 6.

Quoniam Teſtator duplicem conſideravit caſum; Primum, quòd ſenior habeat deſcendentes, & inter iſtos velit ſervari ſolum, & proprium primogenituræ ordinem in ſuccedendo, de quo caſu agit Rodulph. *d. alleg.* 12. *nu.* 6. Alte-
rum verò, quod ſenior non habeat deſcendentes, vel iſti 10
tandem deficiant; & in hoc caſu nullatenùs diſponit, quod procedatur juxta Primogeniturarum leges, & omnis ratio ſuadet, quòd voluerit, ut iterùm ſuccedat alter ſenior de linea Vincentii, inſpecta ſola ætatis prærogativa, & proximitate Teſtatoris, non minùs ac in primo ſeniore, ut indicant illi verba *ſinche ne ſarà di detta linea*, ideſt Vincentii. Dum enim ordinem formalis primogenituræ præſcripſit ſolùm inter deſcendentes ſenioris admiſſi, & poſt ipſos voluit redire ſucceſſionem ad lineam ejuſdem Vincentii, donec integrè fuerit conſumpta, fatendum venit, ut ſuc-
cedere debeat alter ſenior inſpecta linea Vincentii, & pro- 11
ximitate Teſtatoris, ut concludit Rodulph. *d. alleg.* 12. *n.* 16. *cum aliis ſupra citatis.*

Quòd autem illa verba *de primogenito in primogenitum* ſtent relativè ad ſolos deſcendentes ſenioris admiſſi, quàm diu extent, patet adeò clarè ex verborum contextu, ut nequeat in controverſiam revocari.

Nullatenùs adverſante, quòd Teſtator iterum non expreſſerit qualitatem majoris ætatis poſt admiſſionem primi ſenioris & redeunt caſu mortis ipſius ſenioris ſine filiis, prout expreſſit in ipſo primo, atque in ulteriori vocatione lineæ Alexandri.

Quia ſatis expreſſum dicitur, dum in caſu mortis poſſeſ-
ſoris ſine filiis voluit ſuccedere ſeniorem de linea Vincen- 12
tii; id enim importat repetitionem ſimilis qualitatis, quotieſcumque denuò evenit ſimilis caſus obitus gravati ſine filiis in Primogenitura perpetua, ut concludunt allegati ſuperiùs *in §. quoniam integra etiam*, ne oriatur abſurdum, quòd Teſtator priùs dilexerit, & conſideraverit ultimum deſcendentem de linea ſenioris tranſverſalis, quàm ultimum de linea Ludovici ejus filii.

Quoad aliam Immiſſionem petitam à Barbara, Alberto, & Antonio ſuper bonis liberis Ludovici, ſeu fideicommiſſariis Franciſcæ pro rata tituli hæreditarii, DD. cenſuerunt non eſſe præſentis inſpectionis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Faventina Primogenituræ.

Mer. 5. *Decembris* 1696.

ARGUMENTUM.

Approbantur ſuperiùs deciſa.

SUMMARIUM.

1 *Teſtatori liberum eſt in ſuis bonis quem velit ordinem ſucceſſionis præſcribere.*

2 *Ad dignoſcendum, quod genus majoratus Teſtator voluerit inſtituere, in primis attentè illius voluntas eſt obſervanda.*

Teſti-

3 *Teſtimonium voluntatis Defuncti certius haberi non poteſt quam ex eo quod emergit ex qualitate verborum & conjecturis.*

4 *Majoratus quando dicatur in ingreſſu & Primogenitura in progreſſu & quando incipiat in ſeniore & continuet in filiis ſenioris, & n.* 6.

5 *In majoratu facti ſeu ſaltuario dumtaxat attenditur prerogativa ætatis.*

6 *Idem eſt quod vocatio Senioris legatur expreſsè repetita in ulteriori progreſſu ac quod eadem fuerit per Teſtatorem ordinata cum verbis collectivis & denotantibus perpetuitatem & ſucceſſivitatem ac cum verbis repetentibus qualitatem ſenioritatis.*

7 *Paria ſunt aliquid eſſe expreſsè repetitum vel quod veniat neceſſario ab expreſſis.*

8 *In majoratu irregulari & perpetuo ſaltuario non attenditur proximitas gradus ſed ætas.*

9 *Relatio fit ad proxima.*

10 *Teſtator vocando Primogenitum cum qualitate filiationis non dicitur voluiſſe conſtituere Primogenituram linealem & n.* 11.

12 *Quando Teſtator dicatur non habuiſſe pro ſynonimis duo nomina appellativa nempè* ſenior & Primogenitus.

13 *Quando non ſit attendenda proximitas gradus ſed ætas.*

14 *Teſtator dicitur voluiſſe conſtituere majoratum facti & ſaltuarium in progreſſu alicujus lineæ ſi de tempore conditi Teſtamenti, iſta linea haberet alias lineas ſubalternas Teſtatori cognitas & nihilominus Teſtator abſque prædilectione alicujus indefinitè vocavit ſeniorem ex linea univerſaliter contemplata.*

15 *Si Teſtator voluit inſtituere majoratum facti in ingreſſu cenſetur illud quoque voluiſſe in progreſſu.*

16 *Teſtator conſtituiſſe cenſetur majoratum facti ſi non vocaverit ſimpliciter majorem natu latino ſermone, ſed materno idiomate.*

17 *Una pars teſtamenti alia declarat.*

18 *Si Teſtator quando voluit majoratum juxta proximitatem gradus ſciverit clarè & expreſsè explicare & in alio caſu talem explicationem omiſerit cenſetur voluiſſe diverſimodè diſponere.*

19 *Succeſſio deferenda per ſaltum tanquam odioſa dicitur exorbitare à Jure communi.*

20 *Præſumitur ſemper quod Teſtator voluerit inſtituere majoratum regularem non autem irregularem.*

21 *Declara ut prædicta procedant in majoratu verè irregulari ſecus in mixto in quo nulla conſideratur ratio odioſitatis & n.* 23.

22 *Quando conſtat de voluntate Teſtatoris non eſt ultra quærendum cum attendendum non ſit quid facere debuiſſe, ſed quid fecerit.*

23 *Ergo magis eſt dicendū fuiſſe conſtitutū majoratū mixtū ſi Teſtator fuerit tranſverſalis, & concurrat obſervantia.*

DECISIO V.

ADverſus deciſionem editam die 6. Junii anni proximè elapſi coram Eminentiſſ. Cardinali Turuſio tunc noſtri ordinis Auditore, & nunc Epiſcopo Ferrarienſi denegantem immiſſionem ſuper bonis majoratus, de quo agitur, Alberto, & aliis de Naldis. Obtenta ab eiſdem nova audientia in repropoſitione cauſæ facta die 11. Decemb. ejuſdem anni, in qua d. Collega ad Cardinalatus apicem evectus fuit, Sac. Rota reſcripſit Dilata, de qua cauſa cùm fuerint coram me, in illius locum ſubrogato, revocatæ ad trutinam vires dictæ deciſionis; Domini redintegrato examine ſuper hoc in voluto majoratus articulo diverſimodè à Doctoribus agitato, ſecundum præcipuas ſingulorum caſuum circumſtantias inhærentes firmatis in dicta deciſione, aliiſque in comprobationem ab Informantibus adductis, cenſuerunt perſiſtendum eſſe in reſolutis.

Retenta ſiquidem facti ſerie aliàs expoſita cum hodierna diſputatio agitaretur ad terminos apertæ ſucceſſionis per obitum q. Michaelis abſque filiis, cui jam pridem uti Seniori de linea Vincentii Avi Teſtatoris fuerat per noſtrū Tribunal decreta Immiſſio, Licèt defenſores dicti Alberti, & aliorum de Naldis pro ſuadēdo receſſu à deciſis inſiſterēt in diverſis Juris regulis, ac diſtinctionibus, juxtà ſubjectam materiam Doctorum authoritatibus roboratis, prętermiſſa tamē illarum indagine in abſtracto Dominatori fuerunt in perſcrutanda Teſtatoris mente, cui cū liberum ſit in ſuis bonis quem velit ordinem ſuceſſionis præſcribere ad text. *in l. fin.*
1 *C. de pact.* Bald. *in l. cum antiquiorib.* 19. *n.* 10. *Cod. de Jur. delib.*

Tiraqu. *de Jure primog. q.* 40. *ſub n.* 104. Ideò illius voluntas eſt in primis attentè obſervanda, ut uno ore ipſimet Docto-
res de hac materia deſſidentes fatetur per text. *in l. in condi-* 2
tionib. ff. de condit. & demonſtr. & l. cum q. 22. *C. de legat.* cum concordantibus latè congeſtis per Molinam *de primog. Hiſp. l.* 1. *cap.* 4. *n.* 19. *& per* Roſam *conſult.* 69. *n.* 30.

Verùm quia de voluntate Teſtatoris nequit haberi certius teſtimonium eo, quod emergit ex qualitate verborum, & conjecturis juxta latè tradita per Tiraq. *in l. ſi unquam in verbo Libertis ff. de revocand. donat. n.* 17. & Surd. *conſ.* 238. *n.* 8.
proptereà Domini iterum attentiùs perfecto toto tenore te- 3
ſtamenti, & præcipue in ea parte, ubi demandatur ſucceſſio Seniori per hæc verba concepta ibi: *Vadino al più Vecchio della linea del Colonello Vincenzo ſuo Avo, e coſi ne ſuoi figliuoli però primogenito in primogenito, ſinche ve ne ſarà di d. linea.* Cenſuerunt hujuſmodi diſpoſitionem continere majoratum facti, ſeù Saltuarium de Seniore in Seniorem univerſæ lineę effectivę Vincentii generaliter à Teſtatore contemplatæ, & primogenituram Juris, ſeù regularem in filiis, & deſcendentibus Seniori, admiſſi, ſcilicet, quod ſi Senior admiſſus relinqueret filios, iſti deberent ſuccedere juxtà ordinem primogeniturę linealis ſervata proximitate gravati, & prout ſucceditur ab inteſtato, caſu vero quo dictus Senior admiſſus decederet abſq; prole, tunc admittendus eſſet alter Senior inter tranſverſales de univerſa linea effectiva Vincentii, cum ſimili primogenitura regulari erga illius filios, & deſcendentes, ſpreta omni proximitate gradus inter lineas ſub-
alternas collaterales, juxta naturam majoratus mixti, quam 4
in propoſito explicat Torre *de majoratib. ſeù primog. Ital. p.* 1. *c.* 6. §. 2. & pro veritate in hac cauſa conſultus reſpondit Rodolph *alleg.* 12. *à n.* 6. *uſq; ad fin.* & egregiè firmatur in deciſione, quę revidetur. §. *Quia cor. d. Eminent. Card. Tauruſio.*

Quamobrem cum Michael primus Senior admiſſus objerit abſque filiis, & tunc temporis viveret adhuc Dioniſius ætate major, utique ipſi tamquam Seniori de univerſa linea Vincentii delata fuit ſucceſſio controverſi majoratus, non Autem Alberto, & Antonio: uti Junioribus, licèt proximioribus d. Michaeli ad inſtar majoratus facti, ſeu ſaltuarii, in
quo dumtaxat attenditur prærogativa ętatis juxta origina- 5
riam doctrinam Alexandri *conſ.* 4. *n.* 2. *& per tot. l. quam ſequuntur* Alciat. *conſ.* 138. *n.* 1. Surd. *conſ.* 403. Bellon. Jun. *conſ.* 11. *n.* 38. *cum aliis concordantibus pleno calamo congeſtis per Rotam Florentinam in dec. relata per* Manſ. *conſ.* 99. *n.* 25. *& dixit Rota in Bononien. fideicomm. de Blanchis* 27. *Novemb.* 1692. §. *Præbuit* coram me; Ita ut hodiè jure merito dicta ſucceſſio acquiſita per dictum Dioniſium Seniorem conti-
nuetur in Balaſſum ejus filium primogenitum, ut optimè 6
firmat deciſio, quæ revidetur §. *Sublato.*

Nec ad excluſionem majoratus mixti juxta ſuperiùs allegata viſus eſt alicujus relevantiæ intellectus datus verbis ſuprà recenſitis, quod ſcilicet cum Teſtator ſemel tantum expreſsè vocaverit Seniorem abſque uno alia explicita repetitione ſenioritatis, dicta vocatio cenſeri debeat relicta dumtaxat ad primum ingreſſum d. lineæ Vincentii, præcipuè concurrentibus illis verbis de primogenito in primogenitum; ex quibus Defenſores Alberti prætendebant inferre, quod Teſtator voluerit ordinare in progreſſu primogenituram linealem, ſeù Juris regulandam ad illius filios, & deſcendentes, ſed etiam ad tranſverſales eidem proximiores in gradu, & juxta ordinem inteſtatæ ſucceſſionis. Quoniam exoptata repetitio Senioris etiam in progreſſu ſucceſſionis viſa eſt poſſe deſumi ex eiſdem verbis teſtamentariis, ſi expendatur juxta propriam illorum conſtructionem, & grammaticalem ſenſum nimirum *vadino al più vecchio della linea del Colonello ſuo Avo ſinche ve ne ſarà di detta linea, e coſi ne ſuoi figliuoli, però primogeniti*: cum quo ſenſu accepta, prout verè accipi debent, clarè patet, dictam vocationem ſenioris non eſſe reſtrictam ad ſolum primum ingreſſum, ſed illa videtur repetita toties, & quoties eveniat caſus ſucceſſionis per obitum Senioris admiſſi ſine filiis uſque ad totalem extinctionem lineæ univerſalis dicti Vincentii. Idem enim eſt, quod vocatio Senioris legatur expetita in ulteriori progreſſu, ac quod eadem fuerit per teſtatorem ordinata cum verbis collectivis, & denotantibus perpetuitatem & ſucceſſivitatem ibi -- *ſinche ve ne ſarà* ac cum verbis repetentibus eandem qualitatem ſenioritatis, ibi -- *di detta linea*: ſcilicèt Vincentii. Cum talia verba collectiva, & repetitiva operentur, ut in omni gradu, & caſu cenſeatur repetitus majoratus facti, ità ut omnes ſeniores de eadem linea in caſu obitus admiſſi ſine filiis dicantur

ad ſucceſſionem invitati, nempè unus poſt alium uſque ad
totalem extinctionem ejuſdem lineæ univerſaliter contem-
platæ, ut in fortioribus terminis eſt celebre *conſ. Ancharani
27.n.6.quem ſequuntur in ſpecie* Bellon.*conſ.*11.*n.*6.11. *& per
tot.*Menoch.*conſ.*117.*n.*14.Caſtill.*controv.Jur.li.*5.*cap.*93.*§.
3.per tot.*Manſ. *conſult.*197.*ſub n.*18.Molin.*de primog.Hiſp.
li.*1.*c.*3. *n.*18. Torre *de primog.Ital.p.*1. *cap.*9.*§.*4.*à n.*38. *uſ-
que ad fin.* & de ſimilibus dictionibus dixit *Rota Florent. in
deciſione relata per* Manſ. *conſult.* 99. *n.*25. *Rota Januen. in-
ter relatas à Torre de primogen. dec.* 17. *n.* 12. *tom.* 3.
7 Concurrente itaque repetitione Senioris, ſivè expreſſa, ſi-
vè tacita, & virtuali ex verbis perpetuitatem denotantibus
elicita, cum paria ſint aliquid eſſe expreſsè repetitum, vel
quod veniant neceſſariò ab expreſſis, Bald.*l.cum quod n.*5.*ff.
ſi certum petatur*, Bellon.Jun.*conſ.*1.*n.*107.Mart.Med.*dec.*10.
*n.*29.exindè viſum fuit ſequi, quod majoratus in alium Se-
niorem univerſæ lineæ dicti Vincentii redeunte caſu obitus
Senioris primò admiſſi abſque filiis, & in tranſitu de una li-
nea in aliam ſubalternam non attenditur ordo primogeni-
8 turæ regularis, ſive Juris juxta proximitatem gradus, ſed
major ętas ex doctrinis ſupra allegatis in *§.Quamobrem* cum
aliis pleno calamò cumulatis per Rot. *diſp.Jur.c.*4.*n.*1. ſic-
que ſtante expreſſa, vel tacita repetitione Senioritatis nec
videtur diſſentiri Torre *in contrarium allegatus dicta p.* 1. *c.*
17.*§.*3.*ante n.*22.*verſ.Quando in aliis ſucceſſivè vocationibus*,
& in puncto firmavit Rot. *in Fanen. Immiſſionis* 17. *Maii*
1694. *§.Et ratio*, *cor. Reverendiſs. D. meo Urſino Decano*.
9 Minuſq; in progreſſu ejuſdem lineæ Vincentii univerſa-
liter contemplatę pretendi poteſt eſſe inductam primogeni-
turam linealem ex illis verbis *però di primogenito in primo-
genito*, quia licèt hujuſmodi verba legantur in eadem oratio-
ne contenta, qualificant tamen ſolos filios, & deſcendentes
Senioris admiſſi, quibus immediatè adhærent ibi - *E coſi ne
ſuoi figliuoli però primogeniti di primogenito, in primogenito*, ex
vulgata regula, quod relatio fit ad proxima, ſicque ex dd.
verbis nequit dici inducta primogenitura linealis, ſivè Juris
regulanda juxta proximitatem gravati ad favorem tranſ-
verſalium proximiorum: Tum quia dum Teſtator vocavit
primogenitos cum qualitate filiationis, iſta qualitas non
convenit Tranſverſalibus, licet proximioribus gravato, ſi-
10 ve Seniori defuncto, abſque filiis, Bellon.*conſ.*18.*n.*42.Man-
11 gil.*de comput.q.*77.*n.*164.Torr. *de primog.d.p.*1.*c.*16.*n.*1.Ex
optima quidem ratione elicita ex eo, quod Tranſverſalis
Tranſverſalem non generat ad tradita per Ramon. *conſ.*
100.*n.*190.Pariſ.*conſ.*72.*n.*109.*& ſeq.lib.* 4. Mangil. *d.q.*77.
*ſub n.*171.*& ex profeſſo.*Torre *de primog.Ital.par.*2.*q.*1.*n.*18.
alique relati per Leo. *deciſ. Valentin.* 60. *n.*44. Tùm fortiùs
quia cum idem Teſtator invitaverit Seniorem de univerſa
linea Vincentii cum dictionibus perpetuitatem denotanti-
bus ibi -- *Vadino al più vecchio della linea di Vincenzo ſuo
Avo*, *ſin che ve ne ſarà di detta linea*, & Seniore admiſſo,
quatenùs iſte decederet cum filiis, eos vocaverit cum qua-
litate primogeniali ibi -- *E coſi ne ſuoi figliuoli però primoge-
niti di primogenito in primogenito*, hinc Domini arguebant,
dictum Teſtatorem neque habuiſſe hæc duo nomina appel-
lativa, nempè Senior, & Primogenitus pro Synonimis, ut in
12 propoſito firmavit Card. de Luc. *de fideicomm. diſc.* 5. *n.* 6.
Manſ. *conſult.*171.*n.*19. neque reſtrinxiſſe vocationem Se-
nioris ad primum ingreſſum lineæ Vincentii, quinimmò in
progreſſu univerſę lineę dicti Vincentii inſtituiſſe verè ma-
joratum ſaltuarium, dum primogenituram linealem, ſivè Ju-
ris ordinavit dumtaxat favore filiorum Senioris admiſſi, &
ſic in ejus linea effectiva, adeout ex iſto diverſo ordine ſuc-
cedendi diſcretivè præſcripto ab ipſo Teſtatore in ſuis caſi-
bus particularibus clarè convincitur, quod eveniente caſu
obitus Senioris admiſſi abſque filiis in tranſitu faciendo de
13 una linea ad aliam ſubalternam, inter tranſverſales dictæ
lineę univerſaliter contemplatę, ſicuti quam ſit attendenda
proximitas gradus reſpectu defuncti, ſed qualitas majoris
ætatis à Teſtatore requiſita, ut optimè firmant doctrinę ſu-
pra relatę, & in propoſito dixit Rot.*in Bonon.fideic.de Blan-
chis* 27. *Novemb.* 1693. *Quandoquidem coram me*.
Creſcitque vis argumenti ex pluribus aliis circumſtantiis,
& conjecturis, quæ clariorem reddunt mentem Teſtatoris
circa conſtitutionem majoratus facti in tota, & univerſali
linea dicti Vincentii: & prima eſt, quod licet tempore con-
diti teſtamenti ex dicta univerſali linea effectiva Vincentii
plures adeſſent perſonæ, & lineę ſubalternę Teſtatori benè
notæ, ut in arbore data; nihilominus ipſe abſq; ulla prędile-
ctione alicujus ex dictis perſonis, ſeu lineis ſubalternis inde-
finitè vocavit ſeniorem ex dictiva linea effectiva Vincentii
univerſaliter contemplata, ex quo datur intelligi, quod verè
Teſtator in tota latitudine dictę lineę univerſalis Vincentii
voluerit inſtituere majoratum facti, ſeu ſaltuarium, nedum
in ingreſſu, ſed etiam in progreſſu, ut in fortioribus terminis
ad trutinam expenſis rationibus utrinque adductis per exi-
mios noſtri temporis Juris Conſultos elaboratiſſimè deci- 14
ſum fuit ad excluſionem primogenituræ linealis, ſeu juris
*per Rot. Januen. in celebri cauſa majoratus de Grimaldis dec.
16.n.3.& per tot.inter relatas per* Torr.*de primog.Italiæ to.*3.
ubi ad ſatietatem occurritur omnibus, quæ in contrarium
adduci poſſunt, cum non ſit major ratio, cur prærogativa
ętatis debeat attendi in primo, non autem in ulteriori pro- 15
greſſu, ut proſequitur *d.Rota Januen.in d.dec.* 16. *n.*17.præ-
ſertim quando ut in noſtra hypotheſi Teſtator non voca-
vit ſimpliciter majorem natu latino ſermone, ex quo poſſit
oriri difficultas, an hunc terminum habuerit pro ſynonimo
cum illo primogeniti, & an compati ſe valeat cum primo-
genitura regulari, ſed loquutus fuit materno idiomate,
ibi--*Vadino al più vecchio*, quæ verba denotant in omni
tempore, & caſu prærogativam ætatis fuiſſe à Teſtatore 16
volitam, & ſic conſtitutum fuiſſe majoratum, ut in termi-
nis præciſis conſuluit Bellon.Jun. *d. conſ.* 11. *per tot.* Alto-
grad. *controv.* 75. Theſ. *quæſt.forenſ.lib.*1.*q.*35.*n.* 17. *&* 37.
Card. de Luc. *de fideic.diſc.*4.*n.*7. *& diſc.*5.*n.* 8. *&* 9. Manſ.
*conſult.*706.*§. Septima conjectura*, Torr. *de Primog.Ital.p.*1.
*cap.*2.*n*...& idem repetit in conflictu lineæ, & ętatis *cap.*39.
*§.*3.*n.*83.Rot.*in Piſauren. Majoratus* 26. *Junii* 1664. *&* 16.
*Januar.*1665.*cor.clar.mem.Card.Taja confirmata* 26.*Januar.
ejuſdem Anni*, *&* 28. *Junii* 1666. *cor. bo. me. Bourlemont.*
Secunda emergit ex eo, quod ſicuti Teſtator in extinctio-
ne lineæ Ludovici filii, & quando fieri deberet tranſitus ad
lineas tranſverſales promanantes à Vincentio noluit atten-
di proximitas gravati reſpectu ejuſdem Ludovici, vel ulti-
mi ab eo deſcendentis, ſed ut ſupra dictum eſt abſolutè, &
indefinitè invitavit ſeniorem de linea Alexandri, & ſic de
aliis; Ita pari modo dicendum eſt eundem Teſtatorem vo-
luiſſe conſtituere majoratum ſaltuarium in dictis lineis ſu-
balternis univerſæ lineæ Vincentii toties, quoties daretur
caſus, quo per obi[illegible] ſenioris admiſſi abſq; filiis aperiretur
nova ſucceſſio, cum una pars teſtamenti, aliam declaret, 17
ut in his terminis ponderat Fuſar.*conſ.*39.*n.* 24. Sabell. *va-
riar.reſol.*40.*n.*8. *&* 9.Spada *conſ.*52.*n.* 5. *cum aliis vulgatis*.
Tertia accedit, & deſumitur ex eo, quod in alia ſubſe-
quenti ſubſtitutione ordinata poſt totalem deficientiam li-
neę dicti Vincentii, favore univerſalis lineæ Alexandri,
ſic diſpoſuit, ibi--*E poi vadino al più vecchio della linea d'
eſſo Aleſſandro del quondam Cavalier Orazio Naldi, & à Mon-
ſig. Vicario ſuo fratello*, *ſe in quel tempo foſſe vivo*, *e coſi di
primogenito in primogenito*, *finche vi ſarà di d.linea:* Unde
patet, quod quando Teſtator voluit ad ſucceſſionem invi-
tare non ſolum deſcendentes ex linea effectiva ſenioris ad-
miſſi ſed etiam illius fratrem tranſverſalem juxta proximi-
tatem gradus, hoc ſcivit clarè, & expreſsè explicare, ita-
ut ubi talem explicationem omiſit, cenſeatur voluiſſe di-
verſimodè diſponere argumento Text. *in l.unica §.fin.C de* 18
*caduc.tollen.*Corn.*conſ.*9.*n.*6. optimè Torr.*de primog. Ital. d.
par.* 2. *q.* 1. *num.* 21. optimè *Rota Januen. dec.* 16.*n.* 44. *in-
ter relatas ab eadem* Torr. *de primogen. tom.* 3. Rota *dec.*
101. *num.* 11. *&* 12. *p.* 17. *& dec.* 620. *nu.* 29. *par.* 18. *rec.*
Quibus ſic poſitis viſæ ſunt non applicari regulæ genera-
les, quod ſc. ſucceſſio deferenda per *ſaltum* tanquam odioſa 19
exorbitet à jure communi, cui in dubio præſumendum eſt,
Teſtatorem ſe voluiſſe conformare, ſicq; attendi debeat pro-
ximitas gravati, ſeu ultimi poſſeſſoris ſecundum ordinem 20
ſucceſſionis ab inteſtato, quodq; dicta ſucceſſio in unam li-
neā ingreſſa nequeat ab ea auferri, niſi illa totaliter evacua-
ta Quandoquidē in pręſenti themate non agitur de illo ma-
joratū verè improprio, & irregulari, de cujus natura eſt, ut
ſaltet de uno in alium poſthabitis filiis prioris admiſſi, & in
quibus terminis verè conſideratur illa odioſitas, & exorbi-
tantia à jure communi diſponente, ut filius fruatur ſubſtan-
tia radicata in patre, & intelligatur tacitè comprehenſus in
quacumq; diſpoſitione facta ad favorem Patris ad Text.*in l.* 21
cum Avus ff. de cond.& demonſtr.& l.cum acutiſſimi C.de fidei.
Sed verſamur in terminis majoratus mixti ex ſuper allega-
tis, in quo nulla ſubeſt ratio odioſitatis, ceſſantq; omnia argu-
menta, quę poſſunt in contrarium afferri, dum extincta linea
effectiva ſenioris admiſſi per illius obitum ſine filiis in tran-
ſitu faciēdo ad lineas tranſverſales non conſideratur illa co- 22
tinuatio

tinuatio dominii bonorum ex diſpoſitione juris, ac ex prę-
ſumpta Teſtatoris affectione, minuſque illa ſpes ſucceden-
di certa, & radicata, ut in propoſito expendit Mangil. *de
imput. q.* 77. *n.* 172. Card. de Luc. *de fideicommiſ. diſc.*1. *n.*
17. *verſ. Quamvis*.
Sicque ceſſant etiam cæteræ regulæ de proximitate gra-
vati, & de linea ſemel ingreſſa, quia vel procedunt in ter-
minis primogenituræ regularis, vel quando adeſt dubietas
circa dipoſita à Teſtatore, non autem quando, prout hic
verſamur in terminis majoratus mixti, & juxta illius natu-
ram apparet, clarè Teſtatorem voluiſſe ordinare dumta-
xat in linea effectiva ſenioris admiſſi primogenituram re-
gularem, & in caſu illius obitus ſine filiis majoratum ſaltua-
rium ſecundùm prærogativam ætatis inter tranſverſales de
linea Vincentii univerſaliter contemplata, quando enim
conſtat de voluntate Teſtatoris non eſt ultra quęrendum,
22 quoniam attendendum non eſt quid facere debuiſſet, ſed
quid fecerit, ut in terminis confutando hujuſmodi regulas
tradunt Altograd.*controv.*75. *n.*16. *lib.* 2. Card. de Luca *de
fideicomm. diſc.*5.*n.*6. *& ſeq.* Rota *dec.*15.*n.*65. *& dec.* 17. *n.*
141.*cum ſeq.inter relatas* à Torre *de primogen.Ital.tom.*1.
Denique non obſtant authoritates exadverſo in compro-
batione dictarum regularum lato calamo adductæ, quia ul-
tra quod fuerunt partim confutatæ, partim conciliatæ ex
congrua reſponſione omnibus ſingillatim data per ſcriben-
tes pro Balaſſo filio Dionyſii, ex illarum tamen generali le-
ctura Dominis patuit longè aberrare à terminis caſus no-
ſtri, nam tractant illam arduam quæſtionem inter patruum,
& nepotem, & licet non ſine aliarum doctrinarum contra-
rietate concludant favore nepotis, quando ſucceſſio majo-
ratus radicata fuit in patre ob illam diſtinctionem, quod
favore filiorum ſenioris admiſsi, & ſic in progreſſu ejus li-
neæ effectivę ſumendus ſit ordo primogenituræ regularis.
Id, quod ultro admittebant etiam defenſores dicti Balaſsi;
Nullus tamen Doctor, ut dictum eſt in contrarium allega-
tus tractat ex profeſſo quæſtionem in præſenti themate
contingentem, nempe an aperta ſucceſſione per obitum ſe-
nioris admiſsi abſque filiis, & ſic extincta illius linea effe-
ctiva, attendenda potius veniat proximitas gradus reſpectu
ultimi defuncti, vel potius prærogativa ætatis inter omnes
tranſverſales, & inter lineas ſubalternas manantes ex linea
Vincentii univerſaliter à Teſtatore contemplata, in quo
articulo cum non agatur, ut pluries ſupra dictum eſt, de
illo majoratu improprio, & irregulari ſaltuario de poſſeſ-
ſore in poſſeſſorem ſpretis filiis admiſsi, ſed de majoratu
mixto *ipſe Cardinalis de Luca de fideicommiſſ. diſcurſ.*1.*n.*16.
dicit in hoc articulo majorem difficultatem adeſſe & inge-
23 nuè n.17.fatetur, quod communior opinio majori Docto-
rum calculo roborata ſtat pro majoratu facti, in quo atten-
ditur prærogativa ætatis ex ſupra firmatis, maximè quan-
do prout hic, dictus majoratus inſtitutus fuit, non ab ali-
quo aſcendente favore filiorum, ſed à tranſverſali, & con-
currit obſervantia elicita ex eo, quod poſt obitum Michae-
lis ſenioris admiſſi abſque filiis dictus Dionyſius alter ſenior
de tempore apertę ſucceſſionis continuavit in pacifica poſ-
ſeſſione bonorum controverſi majoratus per longam tem-
poris intercapedinem, nempe ſpatio viginti annorum, quæ
obſervantia multum confert in dubio pro interpretandis
ambiguis diſpoſitionibus ultimarum voluntatum circa mo-
dum ſuccedendi, ut in præciſis terminis conſuluit Bellon.
24 *d.conſ.*11.*n.*44.*& per tot.*Surd.*conſ.*403.*n.*5.Honded.*conſ.*92.
*n.*29.*vol.*1. Caſtill. *controv.jur.lib.*5.*cap.*93.*n.*16.*& §.* 7. *per
totum.* Torr. *de primogen.Ital.par.*1.*cap.*24. *num.*35. Molin.
de primogenit. Hiſp. lib. 2. *cap.* 6. *num.* 57.
Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MUTO.

Amerina Fideicommiſſi.

Veneris 15. *Julii* 1696.

ARGUMENTUM.

Prioritas gradus non prærogativa Lineæ attenditur ſi ca-
ſus ſit quod fideicommiſſum ingredi debeat de una linea
ad aliam & eo magis ſi vocatus fuerit Proximior cum
dictione *ejus*; pluraque firmantur quæ percutiunt Tran-
ſactionis validitatem.

Deciſion. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

SUMMARIUM.

1 *IDentitas ex confeſſione in judicio emiſſa probatur.*
2 *Immiſſio debetur fideicommiſſario.*
3 *Ac etiam illius Ceſſionario.*
4 *Prioritas gradus non prærogativa lineę attenditur ſi aga-
tur de ingreſſu fideicommiſſi de una ad aliam lineam.*
5 *Præcipuè ſi Teſtator vocaverit proximiores cum dictio-
ne* ſuos.
6 *Ubi viget diverſa ratio nulla fieri valet illatio.*
7 *Ex teſtamento revocato elici non poteſt voluntas Teſta-
toris ſi in ſubſtantialibus fuerit immutatum.*
8 *Ceſſio intelligitur facta de portione quæ pœnes cedentes
remanſit.*
9 *Omnis benigna eſt facienda interpretatio ad excluden-
dum delictum.*
10 *Prima ceſſio ſecundæ debet prævalere.*
11 *Præcipuè ſi in prima adſit juramentum & obligatio ca-
meralis ac pactum de non cedendo.*
12 *Pactum per quod impeditur libertas diſponendi irritatur.*
13 *Pacta quæ ſunt de natura contractus, Procurator appo-
nere poteſt.*
14 *Ad inſpiciendum quinam contractus extiterit ſtipulatus
ſubſtantia non denominatio inſpici debet.*
15 *Ceſſio facta in tranſactione ad effectum evitandi expenſas
quæ refici deberent eſt valida & læſiva non reputatur.*
16 *Tranſactio præſumitur valida, & juſta.*
17 *Læſio non cadit in incertis.*
18 *Tranſactio eo magis ſubſiſtit ſi in ea nulla fraus ſeu
calumnia interceſſerit.*
19 *Ut retractari poſſit confeſſio tanquam erronea error pro-
bari debet per probationes omnem poſſibilem veritatem
in contrarium excludentes.*
20 *Fides lite pendentes extortæ non probant.*
21 *Minuſve mentio facta incidenter in aliqua deciſione.*
22 *In judicio immiſſionis exceptiones altiorem indaginem re-
quirentes non admittuntur.*

DECISIO VI.

IN Teſtamento, quod à duobus, & ultra ſæculis condidit,
ſub eoque deceſſit, q. Baptiſta Geraldinus Pompilio, ac
Annibali aliis ſibi Hęredibus in univerſo Aſſe inſtitutis;
Deſcendentes maſculos in perpetuis deſcendentibus maſcu-
los in perpetuum ab illis naſcituros primo loco ſubſtituit, &
his deficientibus, deinde proximiores ipſius Conditoris Cō-
ſanguineos pariter maſculos vocavit, ac ſuccedere voluit.
Extincta nuper, & de anno 1693. per obitum Jo: Caroli
prole maſculina Teſtantis, excitata fuit ſuper relata ſucceſ-
ſione Forenſis contentio inter Adrianum ex una, & Ale-
xandrum, & Stephanum inter ſe compoſitos prioris ſum-
ptibus unanimiter agendi, bonaq; æqualiter poſtmodum di-
videndi, ſub prohibitione ad aliam ceſſionem, ſeu tranſa-
ctionem favore alterius, niſi concorditer veniendi ex alte-
ra, qua ad Tribunal A.C. delata manutentione Adrianus,
excepto Prædio Caſtri Sotii ob poſſeſſionem bonorum pręe-
cedenter captam vigore Mandati Judicis de Partibus, cum
clauſula: *Dummodo poſſeſſio ſit vacans*, *& abſque præjudicio
habentium meliora jura*, reportavit; Alexander verò dereli-
cto Judicio ſub Stephani nomine cępto, ob alteram ceſſio-
nem per ipſum favore Adriani ſucceſſivè factam, conven-
ta præſtatione menſtrua ſcut. 5. cedentis, & Uxoris vita du-
rante, Sententiam immiſſivam in vim *l.fin.C.de edict.Adr.
toll.*ſuper medietate bonorum prærecenſiti fideicommiſſi ex
propria, perſona obtinuit, devolutaque Cauſa ad Rotam,
cum ad formam commiſſionis per Signatura Juſtitiæ mi-
hi directæ propoſuerim pro ſecunda vice Dubium alias
in Audientia diei 14. Martii præteriti ob ſciſſuram Voto-
rum non reſolutum: *An ſi locus Ægidianæ*, *ſeu potius ſit
danda immiſſio*, Patres in reſponſo convenerunt, *immiſſio-
nem Alexandro Actori eſſe dandam*.
Conſtitit quidem de hujuſmodi Judici extremis, nam
exiſtentia fideicommiſſi favore proximioris, defectis, ut ac-
cidit, Deſcendentibus maſculis Conditoris, eſt litteralis, &
citra controverſiam purificatio ipſius favore Alexandri re-
ſultat ex eo, quod ſi Adrianus Poſſeſſor eſt Reus in exce-
ptione innititur propriis juribus, hoc caſu, cum Alexander
ſit in pari gradu, prout ex Arbore hinc inde admiſſa, fidei-
commiſſi medietas ad eumdem ſpectat; aut verò utitur juri-
bus ſibi per Stephanum in gradu proximiorum cęſſis, atque

translatis, & tunc ob priorem ſaltem tacitam ceſſionem medietatis bonorum ab illo in tranſactione ut ſupra cum Alexandro facta, quæ eſt ut infra præferenda, pro eadem contendi nec poteſt ex perſona cedentis purificatio, ſicuti demum manifeſta apparuit bonorum identitas ex ipſius Adriani facto, & confeſſione, cum de his tamquam fideicommiſſariis Baptiſtæ manutentionem ſibi decerni obtinuit,& poſſeſſionem accepit,ex qua ſuperlativam identita-
1 tis probationem oriri docet Rot. *coram Caval. deciſ. 90.* Merlin.*dec.341. n.3. in rec. dec. 160. item num. 3. par. 5. & in Imolen. bonorum 30. Aprilis 1688. §. Nomini mei in fine. coram Reverendiſſ. Turonen.* quibus extremis ſane concurrentibus debita fuit Actori immiſſio, vel ex remedio *d. l.*
2 *fin.* aut ex interdicto utilis Salviani, utrumque quorum nedum conceditur Hæredi, ſeu Hæredis Hæredi, ut inquit Rota *in Ferrarien. Fideicommiſſi 15. Maii 1689. §. 1. cor. Reverendiſſ. D. meo Decano*, & cum aliis *in Avenionen. ſeu Va-*
3 *ſionen. Primogenituræ 28. Januarii præcedentis anni §. Validitas, in fin. coram me*, ſed etiam illius Ceſſionario, Bald. *conſ. 186. num. 7. lib.1.* Menoch. *de adipiſc. remed.4. n.249. cum ſeqq.* Rot. *in rec. dec. 349. num. 34. p.6. & dec.48. n.1. ac dec. 74. num. 3. par. 7.*

Quin urgeant exceptiones in oppoſitum per Adriani Defenſores adductæ, non quidem prima contra purificationem fideicommiſſi favore Alexandri, quod Adrianus, ſi non in gradu, ſaltem in linea reputari debet proximior Teſtatori, cum ex Bernardino fratre deſcendat, Alexander verò, & Stephanus ex Bartholomæo ejus Patruo; & quia obſtat eidem Actori dicta ceſſio per Adrianum à Stephano ſecundo loco reportata, cum præcedens favore Alexandri ſeu talis reputari non poſſit, ob patentem læſionem ſit prorſus nulla, & invalida.

Quò enim ad proximitatem lineæ, quidquid ſit in ejuſdem lineæ progreſſu, vel alterius prædilectæ, & vocatæ, in quibus terminis non verſatur, quoties, prout in hypotheſi, Teſtator diſtinxit lineas ſuorum Deſcendentium ab altera Tranſverſalium,& ſumus in ingreſſu de una ad aliam,cum defectu linea affectiva exiſtentes in linea contentiva ad
4 ſucceſſionem concurrunt, tunc enim non attenditur prærogativa lineæ, ſed dumtaxat prioritas gradus, per ea quæ firmat Bald.*conſ.334. n.3. lib.3.* ubi ſignanter, & ſi Teſtator
5 vocaverit proximiores cum dictione *ſuos*, *Palma Nepos allegat. 395. num.78.* Carolus Antonius de Luca *de lin. legal. p.1. artic.11. num.22.* Cardin. de Luca *de fideicomm. diſcurſ. 15. num 8. & 9.* Rota *coram Priolo deciſ. 70. num. 5. & 6.* repetit in *recent. dec.297. par.12.* ubi pariter aderat vocatio proximiorum *ſibi*.

Et perperam prædilectio,atque etiam vocatio lineæ Bernardini deſumi prætenditur ex ſuppoſito fideicommiſſo, conventionali inter eumdem Baptiſtam,cæteroſq; fratres, ac ex ipſius Teſtamento deinde revocato,in quibus poſt extinctam lineam,& deſcendentiam prænominati Bernardini proximiores dumtaxat vocantur, nam reſpectu fideicommiſſi conventionalis illius probatio ſatis Dominis non cõſtitit ex ſolo Brevi confirmatorio ſan.mem.Sixti IV. ſe referente ad conditiones adjectas in Inſtrumentis, quæ exhibitæ non fuerunt, præterquam quod fideicommiſſum ſimplex, de quo agitur à dict. conventionali normam recipere non poſſet,cum inter unum, & alterum vigeat diverſa ratio, nam in conventionali tantùm Bernardini filii, & deſcendentes prælati fuerunt aliis proximioribus Conſanguineis Teſtatoris,ex quo ipſe Teſtator,& filii per reciprocam conditionem invitati fuerant ad Bernardini ſucceſſionem, quæ ratio non concurrit in hoc fideicommiſſo ſimplici de per ſe, & abſque alterius ſucceſſionis ſpe confecto; quoties
6 enim viget diverſa ratio, non poteſt argumentum ab uno ad alterum deſumi,Rota *in rec. deciſ.607. num. 27. part.4. tom.3. & in Ferrarien. R ſtrictionis Ghetti ſuper negotio principali 23. Martii præteriti. §. Et hinc in fine, cor. me.*

Teſtamentum autem ab hoc ſecundo revocatum minus interpretationem voluntatis Conditoris in hac parte præbere poteſt,cum fuerit in ſubſtantialibus immutatum, nam fuerunt ſubſtituti propriæ deſcendentiæ Teſtantis omnes ipſius Conſanguinei proximiores abſque aliqua prelatione lineæ Bernardini in altero præcedenti revocato appoſita; tunc enim conſultò cenſetur à priori receſſum,& ab eodem propterea Teſtantis mens elici non poteſt,juxta theoricam
7 Bartol. *in l. Status, num. 3. ff. de jur. Fiſc.* quam communiter ſequuntur, & ſignanter Cyriac. *controverſ. 66. nu.54.* Fuſar. *de ſubſtitution. qu.345. num.22.* Menoch. *præſump. 176. num. 1. & ſeqq. lib. 4.* Rota *coram Cardinali Cerro, deciſion. 392. num. 7. in recentior. deciſion. 247. num.9. par.5, deciſion. 381. numer. 14. part. 11. deciſion. 107. numer. 7. par. 13.*

Quò verò ad poſtremam ceſſionem per Stephanum Adriano factam Dominis relevare viſa non fuit, ſaltem
pro medietate bonorum Alexandro præcedenter in tranſa- 8
ctione cum ipſo Stephano peracta ceſſorum; quandoquidem vel antedicta poſterior ceſſio reſtringitur ad aliam medietatem Stephano remanentem, de qua dumtaxat diſponere poterat, Rota *coram Cardinali Cerro deciſion. 896. num.6. & in recentior. deciſion. 323. num. 3. par. 11. & deciſ. 353. num. 9. part. 17.* ne aliàs rem eamdem cedendo duobus notaretur delicto, ad quo excludendum quamcumque poſſibilem interpretationem capiendam eſſe in his ter-
minis monet Rota *in recentior. deciſ. 320. num. 9. cum ſeqq.* 9
part. 19.

Aut utriuſque comprehenſiva dici debet, & in hoc caſu nullitas illius patenter emergit, nam indubii Juris eſt, quod poſt primam ceſsionem non poterat eadem res alteri cedi; ſed prima ſecundæ prævalere debet, ad *leg. Perfecta. Cod. de donationib. quæ ſub modo*, Carleval. *de judiciis*
tom. 1. tit. 3. diſputat. 35. num. 5. Olea *de ceſſ. jur. titul. 6.* 10
quæſt. 8. num.7. & 8. Salgad. *in labyrinth. credit. par. 1. cap. 27. num. 75. & cap. 43. num. 45. cum plurib. ſeqq.* Rota *in recentior. deciſ.397. num.3. & 4. par.12. ac deciſ. 39. num. 18. & 19. par. 17.* ſignanter cum prior ceſsio fuerit jurata,
& obligatione Camerali munita, in eaque appoſitum fue- 11
rit prohibitivum pactum de non cedendo alteri, cujus ſubſiſtentia nequit impugnari, non quidem ex eo, quod ſimile pactum ſit impeditivum libertatis diſponendi ex *leg. Nemo ff. de punct.* nam quidquid ſit quoad medietatem in pri-
ma ceſſione non comprehenſam, & Stephano, cedenti re- 12
ſervatam, diſpoſitio relatæ legis militare nullatenus poteſt in alia medietate ceſſa, de qua nullo modo ex præcedentis ceſſionis effectu diſponere poterat, minuſque ex eo, quod per Procuratorem facultatibus carentem adjectum fuerit, nam cum ille deputatus fuiſſet ad concordandum, & tranſigendum cum clauſulis, & pactis conſuetis ſibi beneviſis, hoc pactum de alteri non cedendo
portionem jam ceſſam apponere poterat utpotè conſe- 13
quutivum, & de natura contractus ſine mandati finium exceſſu, Pariſ. *conſil. 90. nu. 37. lib. 1.* Golin. *de procurat. par. 2. cap. 4. n. 35. & par. 3. cap.5. n. 93.* Rota *coram Millin. dec. 99. num. 6. coram Merlin. deciſion. 17. num. 15. coram Dunozett. Jun. deciſion. 303. n. 6. & in Lauden. Cenſus 15. Martii 1669. §. Minus cum ſeqq. coram Bourlemont.*

Hinc prioris ceſſionis in tranſactione cum Alexandro facta relevantia promanat, abſque eo quod eamdem in aliquo turbet oppoſitio, quod ceſſio dici non poſſit ſeu alicujus roboris illius enormiſſimam læſionem.

Etenim revera ceſſionem ſaltem tacitam fuiſſe huic tranſactionis contractui adjectam emicat ex eo, quod cum conventum fuerit inter Alexandrum, & Stephanum pro controverſa ſucceſſione communiter agendi contra Adrianum bonorum detentorem, ac paciſcita illorum pro medietate diviſio, pernecеſſe ſequitur tacita ceſſio jurium Stephani, ſicut admittitur hinc inde proximioris in gradu, & cui ſucceſſio delata erat, præcipuè cùm aliàs abſque illius ceſſio-
ne Alexander agere non valuiſset, licèt ceſſionis nomen 14
in tranſactione non legatur, nam non attenditur quo nomine contractus fuerit denominatus, ſed illius effectus, & ſubſtantia inſpici debet, tamquam terminus voluntatis contrahentium *ad Text. in leg. Si uno 17. ff. de locat.* Bellon. Jun. *conſil. 58. n. 6. & ſeqq.* Eugen. *conſ.80. n.25. & ſeqq. lib. 2.* Urceol. *de tranſ. q.4. n.72. cum ſeqq.* Rota *coram ſan. me.* Alexandro Octavo *deciſ. 10. num.3.*

Læſio autem conſiderari non poteſt, ex quo pro ſolis litis expenſis,quę deinde refici debent,ceſſa fuerit bonorum medietas,nam ſimiles tranſactiones,ſeu ceſsiones de rebus liti-
gioſis, tamquam incertæ aleæ, ſubſtinetur per ea, quæ in 15
ſpecie notat Urcel. *de tranſact. q.83. n 8. cum ſeqq.* Fontan. *dec. 180. n.11. & in Rota cor. Put. dec. 507. lib. 2. in correct. cor. Priol. dec. 59. n. 1. & 2. poſt contr. diſcept. dec. 133. poſt* Oleam.*de ceſs. jur. dec.47. utrobiq; n.5. in rec. dec.147. & 294. p.11.* in quarũ ultima *ſub n.8.* ſimilis ceſſionis validitas tuetur etiam à nullitate appoſita ex capite prętenſę calũnię,&
redemptionis litum,*& dec.328. n.19. p.12.* Potiſſimè quia de 16
tempore factæ hujuſmodi tranſactionis, ſeu ceſſionis proximioritas Stephani non erat detecta,ut contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, cum tendat in everſionem tranſactionis, pro cujus validitate, & juſtitia præſumitur, Rot. *cor. Card. dec.676. n.4.* & latè in *Carpentor. Laudemiorum 20. Junii 1692. §. Abſque eo quod, & §. Habet enim cor. Eminen. Caccia Archiep. Mediolan.* Et quia tunc proximioritas nullatenus detecta, minùſque probata erat, ſed prorſus pendebat ex incerto exitu probationum faciendarum antiquiſſimæ Genealogiæ quamplurium graduum, in qua altera ex Partibus deficere poterat, & ſic cum ambæ ſe exponerent incertæ aleæ, tranſactio ſubſtinetur, nec in ea cadere poteſt læſio, Corn. *conſ.263. n.7. lib.3.* Cyriac. *controv. 3. n.*
17 *36.* Mantic. *de tacit. lib.26. tit.1. n.16.* Urceol. *de tranſact. q.5. n.16. cum ſeqq.* nullaque fraus, ſeu calumnia interceſſit, qua ceſſante, ac bona fide concurrente tranſactio, ſeu ceſſio magis ſubſtinetur, Rot. poſt Salgad. *in labyr. credit. deciſ.12. n.3. & in d. Carpentoraten. Laudemiorum §. Sed ulterius, ac in Sepuntina, ſeu Veſtana Dotis 1. Junii 1693. §. Hæc ſola coram Reverendiſs. Turonen.*

18 Demum neque obſiſtit altera oppoſitio,quod nedum hęc bona non ſint fideicommiſſaria Baptiſtæ, ſed potiùs Epiſcopi Angeli, nam revera fuiſſe Baptiſtæ liquet ex ipſius Adriani facto, & confeſſione ſuperiùs expoſita, quæ nullatenus argui poteſt erronea: Præmiſſo quippe, ſed error convinci deberet per evidentiſſimas probationes omnem poſſibilem veritatem in contrarium excludentes, ut dixit
19 Rot. *in recent. dec.621. n.25. p.7. cor. Bich. deciſ.120. n.27. & deciſ.293. n.12. & 13. cor. Priol. deciſ. 313. n.10. & 11. & in Romana Salviani 6. Junii 1695. §. Hujuſmodi confeſſio, cor. me* tales probationes non concurrunt in præſenti; nam deſumuntur ex ſimplicibus fidibus lite pendente procuratoris, ex nonnullis juribus informibus, prout ſunt deſumpta ex Summario veteri reperto inter poſitiones bo. me. Coccini, atque ex perfunctoria mentione habita in *dec.147. cor. Buratt.* abſque aliqua diſcuſſione materiæ, quæ nullatenus
20 probant, ut de ſimilibus Teſtibus Rot.*cor. Coccin. dec.182. n. 1. in recen. dec. 389. p.13. & dec.193. utrobique n.15. dec.19. deſcribi, inform. Rot. cor. Royas deciſ.483. n. 6. in recen. dec. 224. n.22. p.6. deciſ.268. n.5. & deciſ.754. n.4. cum ſeqq. p. 18.* & de mentione incidenti, Rot.*cor. Dunoz. Jun. dec.493.*
21 *n.28. & 29. cor. Bich. dec. 480. n.30. cum ſeqq. p. 19.* maximè quia ineffectuatio fideicommiſſi Epiſcopi Angeli tacitè promanat ex *dec.253. p.13. rec.* & ſumus in Judicio privilegiato, in quo non admittuntur exceptiones altiorem indaginem requirentes,Bald. *communiter recept. in conſ.141. n.1. poſt med. lib.1.* Rot.*in recent. dec.524. n.7. p.4. to.3. dec. 301. n.18. p.6. in Roman. fideicomm. de Urſinis 13. Junii 1683. §. fin. cor. Eminen. Caccia. & in Farfen. Fideicommiſſi 24. Martii 1692. §. Prout nec meretur, cor. eodem.*

Et ita poſt ſecundam propoſitionem deciſum fuit, Utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana Multiplicorum ſuper Primogenitura Scutorum 400000.

Lun. 15. Januarii 1694.

ARGUMENTUM.

Ex quibus inſtituta dicatur Primogenitura in hac deciſione enucleatur.

SUMMARIUM.

1 D*ictio*, ut ſupra. *repetit eundem modum, & ordinem ſuccedendi & num. 16.*
2 *Ex quibus arguatur relatio unius diſpoſitionis ad aliam.*
3 *Subſtitutio Primogeniti præbet indicium Primogenituræ.*
4 *Licèt non adſit reſpectus ad lineam ſeu deſcendentiam quoties Primogenitus in alia parte Teſtamenti & diverſa ſubſtitutione fuerit vocatus Jure Primogenituræ.*
5 *Primogenitura dicitur volita ſi Teſtator perpetuam exoptaverit bonorum conſervationem in familia.*
6 *Illi ſolum cenſentur vocati qui fuerunt onerati.*
7 *Onus explicatum per viam rationis & acceſſoriè non ampliat diſpoſitionem.*
8 *Purificatorum par eſſe debet judicium.*
9 *Ex Nuncupatione Primogenituræ à Teſtatore facta arguitur illius voluntas Primogenituram conſtituendi.*
10 *Obſervantia multum confert ad probationem ſeù declarationem qualitatis Primogenialis.*
11 *Optimum eſt argumentum ductum à diſcretivo modo loquendi.*
12 *Nulla oritur repugnantia quod eadem bona pro diverſitate Perſonarum atque rationum eis congruentium ſubjiciantur diverſis regulis ſuccedendi.*
13 *Subſtitutio per fideicommiſſum non inconvenit Primogenituræ.*
14 *In ſubſtitutione Primogeniti per ejus obitum venit Secundogenitus.*
15 *Eoque magis ſi adſit votum perpetuæ conſervationis bonorum in familia.*

DECISIO VII.

JUlianus Abbas de Ruvere in ſuis ſupremis Tabulis Jure legati reliquit Filio Primogenito Lucretiæ de Ruvere ſuæ Neptis nuptæ Marco Antonio de Lante Scu. 30000. quæ in Bonis Stabilibus,Cenſibus, aut Locis Montium non vacabilium inveſtiri, ac multiplicari juſſit uſque ad Summam Sc. 100000. in qua ſuccedere voluit ipſum Lucretiæ Primogenitum, & poſt illius obitum ejus filios, ac deſcendentes Maſculos de Primogenito in Primogenitum, ſervato gradu Primogenituræ in perpetuum, & in infinitum, ac iis deficientibus ejuſdem Lucretiæ Secundogenitum, Tertiogenitum,& ſic deinceps durante illius linea,ſeù deſcendentia maſculina, declarans, quod nullus ex Primogenitis pro tempore ſucceſſoribus legati commodo frui poſſet, donec multiplicum terminatum foret,& Primogeniti perventi ad ætatem 30. annorum, & quod omnes tenerentur ſuſcipere cognomen familiæ de Ruvere. Hæredem autem Univerſalem ſcripſit ſibi Federicum de Ruvere Urbini Principem Nepotem ſuum cum ſimili onere inveſtiendi, ac multiplicandi ipſius hæreditatem uſque ad ſummam ſcut. 400000. qua completa tribuit eidem Principi facultatem illius fructibus gaudendi pro ſemetipſo, vel eos aſſignandi uni ex ſuis filiis, ac deſcendentibus maſculis, cui maluerit, aut, ſi ſibi magis expedire putaverit, uni ex filiis maſculis naſcituris ex Marchione Julio de Ruvere ſub eiſdem declarationibus, ſeu conditionibus, de quibus ſupra, volens, quod multiplicum ſemper, ac perpetuo *reſidere debeat* pęnes ipſius Principis Deſcendentes maſculos,eique ſine Deſcendentibus maſculis obeunti, aut cum Deſcendentibus, qui rurſus ſi ſine Deſcendentibus maſculis obirent, ſubſtituit, (ut præciſè ſe habent illius verba) *volgarmente, e pupillarmente, e per fideicommiſſo il Primogenito di detta Signora Lucretia, e Deſcendenti da eſſo come ſopra ſucceſſivamente chiamati in ogni miglior modo, eſſendo mia volontà, & intentione, che detta mia Eredità, e facoltà perpetuamente ſi conſervi nella Famiglia della Rovere, come anco la ſudetta Primogenitura nel modo già detto.* Deceſſit Princeps Federicus ſine Deſcendentibus maſculis, eique, ad formam prænarratæ diſpoſitionis, ſucceſſit in hæreditate Juliani ſubjecta multiplico ſc. 400000. Ludovicus Lucretiæ Primogenitus, ac poſt ipſum pariter abſque prole maſculina defunctum,Dux Hippolitus Secundogenitus, per cujus mortem ortis inter D. Principem Don Antonium ejus filium Primogenitum, ac DD. Don Vincentium, & Don Ludovicum filios Secundo,ac Tertio genitos, pluribus litibus, contendente inter cætera Principe Don Antonio ſuper eodem multiplico ſcut.400000. conſtitutam fuiſſe Primogenituram per obitum Ducis Hippoliti Patris purificatam dumtaxat favore ſui ipſius uti Primogeniti, & viceverſa Fratribus ſimplex fideicommiſſum purificatum favore omnium iiſque omnibus per Sanctiſſimum à diverſis curiæ Judicibus avocatis ad ſemetipſum,& Commiſſis Eminentiſs. D. Cardinali Acciajolo cum voto RR. PP. DD. meorum Cacciæ, & Benincaſæ,lata fuit Sententia ſuper puncto Primogenituræ favorabilis Principi Don Antonio,à qua per Fratres interpoſita appellatione,& cauſa commiſſa Eminentiſs. D. meo Card. Colloredo cum voto noſtri Auditorii, dedi dubium, *An conſtet de Primogenitura in multiplico ſcutorum 400000. favore Principis Don Antonii?* Quod hodie per DD. fuit affirmativè reſolutum.

Fundamentum reſolutionis fuit, quod Teſtator Prin- 1
cipi Federico ſinè Deſcendentibus Maſculis decedenti ſubſtituit, (ut continetur in prærecenſitis Verbis) Primogenitum Lucretiæ, & deſcendentes ab eo, ut ſupra ſucceſſivè vocatos. Sicut enim ipſi in multiplico ſcutorum 100000. in quo dumtaxat ſupra vocati leguntur, vocati fuerunt per viam Primogenituræ, ita